nem cure: dʒ. n. hec mã paulatine digeri: ⁊ sic ēt paulati/
ne euacuari: regimē aūt ⁊ canones q conueniūt ⁊ obseruari
debēt cū digestiua medicamina seu solutiua sumunt̄: ⁊ la
uatiuū qd ꝯuenit finita operatione pharmaci solutiui ⁊ cli
stere ēt qd succedere dʒ eadē die de sero ante cenā vel an̄
prandiū. in die sequenti de mane: hec oia supradicta sunt

superius:sed diffuse multũ dicent̃ in scđa ꝑncipali parte huius opis de febrib⁹:ibi ergo recurre. ℭ Clisteria insu per acuta ꝛ attractiua in ꝓcessu cure multũ laudant̃ ꝛ cõ ueniũt:ac ẽt suppositoria acuta ꝛ attractiua:ꝛ qꝛ ipsa su perius posita sunt in cura malarũ cõpl'onũ frigidarũ cuꝫ mã in corpore exñtiũ:ibi ergo ipsa notabis. Fricationes aũt añ cibũ ꝛ exercitiũ forte non tñ debilitans maximuꝫ affert iuuamẽtũ in hac cura ꝛ ventose silr ꝛ aer termarũ multũ laudat̃ cũ egritudo declinat ꝛ cõtinua pectinatio capitis maxime de mane ꝛ ante cibũ ꝛ ipsi⁹ fricatio cum mãtili seu sugatorio grosso ꝛ aspo ẽt suffumigato cũ thu re amotis capillis cuꝫ forpicib⁹.ꝛ non aliter est de his q̃ ab auctorib⁹ medicine laudant̃:ꝛ sic ꝯueniũt ꝛ assumere omni mane vacuo stomacho ꝑ tres horas ad minus an te assumptionẽ cibi ad quãtitatẽ castanee de quodã ele ctuario posito a Mesue in suo antidotario ꝙ dĩ dyamu scus seu de quodã alio dicto dyambra est valde ꝯueniẽs ꝛ pro paupib⁹ eodẽmõ sumendo de electuario rorismari ni efficaciter opat̃:ꝛ multo fortius iuuat el'ariũ dictũ pli risarcoticon:ꝛ si fiat cũ musco est vtilius ꝛ efficaci⁹.ꝛ do sis est vsqꝫ ad.ʒ.iij.ꝛ idem efficit:ꝛ maxime i catarro fri gido ꝛ subtili el'ariũ dictũ dyaclibanũ positũ a Nicolao in suo antidotario:ꝛ supradicta electuaria oia debẽt diu in ore teneri vt effument ꝛ euaporent ad caput. Et si post ipsa vel aliqđ ꝑdictoꝝ ẽt sumat̃ qd modicũ vini poten tis actualiter calidi maior vtilitas seqtur ex eis ꝛ granũ vnũ olibani in vice septẽ dieb⁹ continuis deglutitũ ẽ sũ me conueniẽs:ꝛ fortassis est conueniens sumere duo vel tria grana eiusdẽ olibani pro singula vice ꝛ iuuat masti catio gariofiloꝝ nucismuscate cubebarum piperis masti cis seu piretri vel corticuꝫ caparis q̃ sunt efficaciores in isto catarro. Et iuuat ẽt gargariçare oximel cõpositũ cuꝫ aqua calida:sed meli⁹ cũ aqua feniculi vel sausuci ꝛ qñ qꝫ oximel sq̃lliticũ cũ mã ẽ multũ grossa atqꝫ viscosa eo deꝫ mõ gargariçatũ:ꝛ sternutatoria oia ꝛ capipurgia di cta supius in cura malaꝝ cõpl'onũ frigidaꝝ in cerebro et in neruis ꝛ nucha exñtiũ dependẽtiũ a mã ipsa mã dige sta.ꝛ iam pluries euãata ꝛ non al'r sumere conueniũt.ꝛ tu ipse ipsa diligẽter aspicias ꝛ ad hãc curã illa reducas in tpe suo. Sil'r etiã sacellationes ꝛ suffumigia ꝛ embroca tiones ꝛ caput apponere sub aq̃s sulphurcis vt ad dul cia balnea petrioli de senis:aut similia eis ꝛc̃.ꝛ ẽt caute riũ actuale qđ est melius seu potentiale qđ non sic terret infirmũ super cõmissura coronali:hec enim oia cõferunt ꝛ curã perficiũt.ꝛ ipsa sunt particulariter dicta supius in cura sode frigide seu malarũ complexionũ cerebri depen dẽtiũ a mã frigida ꝛ flegmatica:ꝛ in cura ẽt egritudinuꝫ frigidarum in neruis ꝛ nucha.illa ergo in memoria ha beas ꝛ eis vtaris in tẽpore opportuno cũ discursu ratio nis ꝛ recto iudicio estimatiuo. Et tyriaca antiq̃ mul̃ eũa tionib⁹ iã ꝑmissis est fortiter iuuatiua sumẽdo de ipsa vsqꝫ ad.ʒ.i.ʒ.i vice ꝛ marie in tpib⁹ fridis:ꝛ cũ egri⁹ decli nat solũ ad ipsa sumẽdo semel i septimana.ꝛ çiçi.ꝯditũ ꝛ gargariçatio aq̃ vite iuuamẽtũ ꝑstãt ẽt in isto catarro.

Nota commendatione balnej petrioli de senis.

ℭ De debilitate visus. Capl'm. xxxiij.

Nunc seqtur de egritudib⁹ ortis a cerebro.ꝛ ꝑ de egritudinibuꝭ oculoꝝ ꝛ ꝑ de debilitate vi sus. Et ꝑ ꝑmittã aliqua carmina manifestan tia succicte anathomiã oculi q̃ sup 9° Almãso ris diffuse fuit ptractata. vñ versus. Est intuꝭ sclirosis oculoꝝ tunica ꝑ°. Tũc hũor est vitreus post cri stallũ aduenit alb⁹. Anterius tunica ponit̃ aranea. Post hanc est vuea post cornea pellis apparet. Septima tunc seqtur q̃ coniũctiua vocat̃. Secũdina tñ post sclirosim ꝛ retina locat̃. Cãe igit̃ primitiue debilitatis visus sunt q̃ i hoc carmine cõtinent̃. Allea vina venus fabũ fumus vẽ tus ꝛ ignis. Hec nocẽt oculis sed vigilare magis:ꝛ ita de alijs vt puluis ꝛ inspectio solis aut alteri⁹ luminosi ꝛ in spectio maxime albi:qꝛ albedo maxime disgregat visuꝫ. ꝛ idẽ facit morari in loco tenebroso.qꝛ ꝯtinẽs imutat cõ tentũ ad suã crasim:aut plurimus vomituꝭ cũ frequenti bus vẽtosis:balneũ post repletionẽ:ꝛ precipue capiţ cõ stipatio vẽtris retẽtio ventositatũ conatus egerẽdi tristi tia ira ꝛc̃.dimissio ꝯsuetudinis vt pectinatiõis ꝛ fricatio nis capitis fumus argẽti viui sua frigiditate ꝛ humidita te assidua comestio aneti sua acuitate ꝛ aceti sua frigidi tate ꝛ cauliũ sui grossa fumositate ꝛ yreos sua aptione la ctuce sui obtenebrositate lẽtis ꝛ opij suo stupore multuꝫ vri portulaca ꝛ piscib⁹ recẽtib⁹ viscosis debilitãt gñando pãnũ in oculis. Sꝫ ꝑp cãs corporales hoc ꝯtingit tripl'r eo ꝙ alique minorãt alique corrũpũt alique destruũt si cut sunt egritudines capitis reuma frenesis vertigo apo nerui obtici:ꝛ ei⁹ oppilatio aut q̃libet 4ᵒʳ complexionuꝫ tã simpliciũ q̃ꝫ cõpositarũ tam cũ mã q̃ꝫ sine mã. Insuper debilitas visus ꝓuenire põt ex humorib⁹ ꝛ tunicis oculi male dispositis:aut ex vaporib⁹ ascẽdẽtib⁹ a stomacho: aut ab alio mẽbro inferiori. Et signa distinguẽtia sunt:nã si apparẽt imagines ante oculos pupilla apparẽte clara ꝛ mũda:ꝛ ꝑ tp̃s durauerit vt ꝑ mediũ annũ vel sic conie ctarat̃ ꝙ ꝓuenit a stomacho:si aũt ꝓueniat a cerebro cõi ter:non durat tãto tp̃e qñ aggreget aquã. Itẽ nota ꝙ cõ tingit visum debilitari corrũpi aut minui ꝑp indispõnem sp̃ũs visibilis.nã si hic sp̃ũs sit mult⁹ clar⁹ ꝛ subtilis:res vi de ꝓpe bñ ꝛ sil'r a longe:sꝫ si sit multus ꝛ grossus:tũc talis melius videt lõginq̃ q̃ꝫ ꝓpinqua ꝑp luminis multi tudinem sp̃ũum subtiliãtis:ꝛ si eꝫ videt aliq̃l'r ꝓpinqua ꝛ nõ longinq̃. Si aũt sit paucus ꝛ grossus:tũc longinq̃ ꝛ propinq̃ male vident̃. Et ex his pꝫ q̃re aliq̃ satis bene vi dent de die ꝛ versus noctẽ nihil vel paꝝ vidẽt ꝛ aliq̃ eꝫ. hoc nãqꝫ ꝯtingit ꝑp variã indispõnem humoꝝ ꝛ oculoꝝ ꝛ maxime sp̃ũs visibilis. Nã hoĩes ac ẽt aĩalia sic bubo nes ꝛ noctue hñtia sp̃ũs visibiles paucos subtiles ꝛ de biles nõ vidẽt de die sed bñ de nocte.vbi aũt sp̃ũs essent subtiles ꝛ fortes talia aĩalia viderẽt de die:ꝛ de nocte sicꝫ murilegi. In bubonib⁹ aũt visus fortificat̃ in nocte ꝑp fri giditatẽ noctꝭ:ꝛ ꝑp sp̃ũum vnionẽ qđ nõ ꝯtingit in nocti lopis:qꝛ eoꝝ sp̃ũs vgũt ad multã grossitiẽ q̃ si vidẽt ali qual'iter de die:hoc est ex claritate seu lumine solis subti liantis sp̃ũs. ℭ Nũc trãseo ad breuia signa:si.n.adsit de bilitas visus ex hũiditate cerebri currẽte ad oculos.tũc enim debilitas auget̃ post comestionẽ ꝛ nauseatiuã facie tatem oculi cõiter sunt rubei emitẽtes limpitudinẽ indi gestã spãliter post somnũ.si ex siccitate alleuiat̃ post som num ꝛ comestionẽ:hora ꝟo famis ꝛ in meridie auget̃:ꝛ tũc cõiter sentit̃ pruritꝰ:oculi apparẽt sicci.ꝛ ita suo mõ adaptent̃ signa.si ex caliditate vel friditate acciderit de bilitas visus.vbi ꝟo ꝓueniat a stomacho iterpollat ꝛ au get̃ in facietate stomachi adest eructatio.ꝛ sic de alijs si gnis nocumẽtũ stomachi indicãtib⁹. ℭ Signa ꝓnostica patent ex dictis. Cura ꝑncipaliter consistit in duob⁹ ꝑ in euitãdo cãs ꝑmitiuas debilitãtes visuꝫ sic cauere a coitu superfluo a fumo ꝛc̃. Scđo aduertendũ circa cãs iterio res ꝛ hoc perficit̃ ꝑmo alterando malam cõplexioneꝫ et deoppilãdo vias. scđo digerendo ꝛ euacuãdo materiam peccãtem. tertio ordinãdo regimẽ sex rerũ non nãliũ. q̃r to corrigẽdo peccatũ organiçationiꝭ si aliquid tale adsit. vltimo ꝯfortando oculos ꝛ sp̃ũs stomachũ ꝛc̃. sepe sunt cã huius. Prima intẽtio perficit̃ cum medicinis calefa cientibus infrigidãtib⁹ ꝛ humectãtib⁹ ꝛc̃. Medicine ca lefaciẽtes sunt pip mel çinçiber muscus nux muscata cõ dita cũ melle sumpta ꝑ os. ex cõpositis multe adhibẽtur sicut dyagalãga ꝓhibens ascẽsum vapoꝝ ad caput. ꝛ sic de alijs vt infra patebit. ℭ Infrigidã̃tes sunt aqua ro. al bumen oui decoctio portu. ꝛ lactuce succus grana. et so

latri ꝛc̃.deficcãtes tutia olibanũ ꝛc̃.dicẽda in cap̃ de la/
chrymis.¶ Humectãtes sunt albumẽ oui lac mulieris p̃
cipue lactãtis puellã cãdi.mucilago se.citonioꝝ aut de/
coctio maluaꝝ violaꝝ ꝛc̃.Medicine deoppilãtes ꝛ p̃ q̃
ad extra sunt:sic̃ succ⁹ feniculi aut aq̃ eius.vñ Aui.3°ter/
tij tanq̃ꝫ magis iuuatiuũ in ↄfortatione visus docet oĩ ho
ra colliriũ feniculi approximari ab extra.vꝫ semẽ nouuꝫ
feniculi:antiquat aut aliquo mõ adurit humores nisi cũ
liqritia ꝛ zuccharo rectificet̃.Scd̃a intẽtio pficit̃ cũ dige/
rẽtibus euãntibus ꝛ resoluentib⁹ pro digestiuis recurre
supra variando ea s̃m cãs addendo semper aliqd qd̃ du
cat virtutẽ medicinaꝝ ad oculos vel ad aliud mẽbrũ qd̃
fuerit cã h⁹.Syrupus tñ ad humores frigidos capitis de
clinantes ad oculos sit iste.℞.betonice rute celidonie eu
fragie enule leuistici pulegij camedreos rorismarini ori/
gani folioꝝ lauri saluie ysopi liqritie gariofilate añ.M.
i.polipodij elebori nigri añ.M.5.semis ameos anisi ane
ti petrosilij lactuce añ.M.5.feniculi sileris montani añ.
ʒ.ij.rosarũ floꝝ boraginis camomille ana.ʒ.5.bis deco/
ctis syrupiçet̃ decoctio cũ melle ꝛc̃.¶ Euãntia sunt du/
plicia vl̃ia ꝛ particularia vt pꝫ discurrẽdo per spẽs flobo
thomie ꝛ solutionis vẽtris p̃ncipal'r tamẽ euãntia ab ocu
lis est yera Galieni q̃ diuersas passiones capitis purgan
do stõm emendat.¶ Ad idẽ valet yera Cõstantini maxi
me oppilatione existẽte in neruo obtico oculo extra appa
rente sano.Ad idẽ pillule lucis.Ad ideꝫ pillule Nicolai
sine qbus esse nolo.Ad idem pillule auree eiusdẽ maxi/
me in mã calida.¶ In frigida aũt quod sepe ↄtingit pur
getur cũ.ʒ.i.pillularũ cochiarũ maxime si mã fuerit subti
lis si grossa cũ.ʒ.i.pillularũ fetidaruꝫ vel de agarico.Si
melãcholia fuerit in cã det̃ dyaboriginatũ aut yera ruf/
fi acuta cũ lapide lazuli aut cũ lapide armeno abluto.do
sis sit s̃m quantitatẽ materie ꝛ fortitudinem virtutis.Si
aũt ↄueniat a diuersis humorib⁹ pillule mirabiles cõue/
niunt vt.℞.aloes boni galbani añ.ʒ.i.pulueris yerepi/
gre.ʒ.ij.anisi masticis añ.ʒ.i.fiant pillule ꝛ dentur tres p
vice bis vel semel in hebdomada ꝛ seq̃nti die vtatur ty
riaca vel mirabolanis conditis.Item vtatur puluere de/
scripto in fine capi.de paralesi in cibis.Ubi aũt velles di
gerere ꝛ euãre simul.℞.radicũ feni.petrosilij peonie añ.
M.5.eufragie saluie celidonie lauandule thimi herbe/
ne camedreos añ.M.i.scolopẽdrie cicoree capil.ven.ca
momille añ.M.5.seminũ anisi carui floꝝ anthos añ.ʒ.i.
cinamomi maiorane floꝝ boraginis añ.ʒ.5.liqritie parũ
decoquãtur in lib.iiij.aq̃ de qua sumat oĩ mane.ʒ.iij.vel
iiij.resoluẽtia fiãt ex sarcocola ꝛ succo feni.Et si tu vis ex
trahere humiditatẽ ab oculis fiat cũ sale armoniaco aut
adorãdo cepas aut comedẽdo sinapim.¶ Pro 3° intẽtio
ne p̃ circa cibũ vtatur potu facto de buglosa boragine fe
niculo nouo sũmitatib⁹ vrticarũ iuueneꝫ saluia eufragia
faciẽdo ferculũ ex qbusdã eoꝝ cũ brodio gallinarũ iuue
nũ fasianoꝝ vel pdicũ vitet vina noua porros allea car/
nes bouinas ceruinas lacticinia oua dura.¶ In vigilia
ꝛ somno sit mediocritas sit in letitia ꝛ motu añ cibũ.post
vo cibũ sit in qete:a coitu totaliter abstineat aer habita/
tionis sit tẽperatus nõ min⁹ lucidus nec tenebrosus vtat̃
sepe lotionib⁹ pedũ p̃cipue ante cenã cuꝫ decoctione ca/
momille edere terrestris ꝛ feniculi ↄuocet bñficiũ vẽtris
oĩ die caueat a frigiditate pedũ ꝛ retentione ventositatũ
ꝛ sic de alijs.¶ Quarta intentio perficit̃ cũ diuersis s̃m
variationẽ egritudinis cõpositionalis:naꝫ aliqñ oculis
accidit egritudo i situ vt tortuositas.aliqñ versus sinistꝝ
aliqñ ecõtra:ꝛ tunc res vident̃ oblique:ꝛ si torqueantur
aut supius aut inferius vna res vi due:q2 magna ps pu/
pille cooperitur:vñ tũc simulachrũ ad cristallinã non ia/
ctatur nisi p quandã inũdationẽ.Si ergo ↄtingat ab hu/
miditate inijciat̃ in oculis succ⁹ folioꝝ oliue depuratus

purget̃ sepe cap̃ ꝛ castoreũ mixtũ cũ vino nã exiccat hũi/
ditates cerebri ꝛ neruoꝝ si ex eo liniat̃ caput aspiciat pu
er lumen vel speculũ vel ad rem rubeã positã in opposi/
to strabositatis ꝛ si non curat̃ in pueritia non amplius ẽ
via si ex siccitate humectet̃ corus cũ comestione lactis ꝛ
brodio carniũ vngat̃ pars egra oleo camomellino ꝛ vio
laceo simul mixtis vtat̃ electuarijs resumptiuis vt dya/
gragãte ꝛc̃.si a mella curetur vt spasmus.Scd̃o aduenit
alia egritudo que dĩ eminentia oculoꝝ accedẽs aut pp re
pletionẽ nimiã aut pp ventositatẽ ipellẽtẽ aut pp mollifi
cationẽ ꝛ paralesim aut ↄpter nimiũ clamorẽ aut ex co/
natu assellationis:ꝛ tũc si eminẽtia sit pua abstineat a ci/
bo ꝛ potu ꝛ iaceat resupinus colliriçetur oculi aqua ro.
mixta cũ corticib⁹ thuris si sit magna stometur si p̃icula
ria ↄueniũt:scd̃o purget̃ cũ pillis cocijs.p̃missis tñ dige/
stiuis appropriatis.3° ventositet̃ in spatulis:quarto somẽ
tentur oculi cũ aqua decoctionis gallaꝝ sumach masti/
cis balaustiarũ ꝛc̃.vel emplent̃ ex farina fabarũ thure ꝛ
puluere ossiũ dactiloꝝ cũ albumine ouorũ.¶ Et si ocu/
li eẽnt ↄfundi.aut ex febre aut ex tristitia aut vigilia ꝛc̃.
curet̃ cũ humectantibus ꝛ fomentatione aque dulcis.de
alijs egritudinibus cõpositionalib⁹ dicet̃ infra.¶ Quin
ta intẽtio complet̃ cũ confortantib⁹ ꝛ depurantibus ocu
los ꝛ spũs.aer enim tẽperatus cib⁹ ꝛ potus humidi co/
lores medij declinantes versus nigrũ vt viridis ꝛ azuri/
nus color intueri speculũ ꝛ aquã claraꝫ:comedere aialia
rapinosa ꝛ sorbitiones iuriũ ipsoꝝ recipe vapores aq̃ de
coctionis feniculi aut rutbe aut herbe adil.i.yue musca
te ꝛ s̃m aliquos eufragie qd̃ nõ credit̃ vsnee gũmi prune
si fiat ex his colliriũ succus ocimi fluuialis ꝛ betonica oĩ
mõ administrata gũma salicis succus prasij cũ melle co/
ralus albus adustus:cinis vespilionis ꝛ mlt̃a ↄsilia sim
plicia ↄferunt visui.depurãtia spũs sunt velut.℞.eufra/
gie.ʒ.ij.se.fenicu.ʒ.5.macis cubebe cinamomi añ.ʒ.i.pi
peris lõgi gariofiloꝝ añ.ʒ.5.mellis dispumati li.i.succi fe
ni.cocti ꝛ depurati.succi celidonie eodẽ mõ p̃parati.añ.
ʒ.5.coquant̃ cũ melle lẽto igne.ꝛ cũ eo spẽs p̃dicte ↄficiã
tur.ꝛ reseruet̃ in vase vitreato:de quo sumat ad q̃titatẽ
castanee vel nucis d̃ mane ieiuno stomacho p tres horas
ante cibũ purgationibus p̃cedentibus.¶ Ad idẽ vꝫ col
liriũ Hypo.faciẽs videre stellas i meridie vt.℞.fellis galli
fellis anguile felis leporis añ.ptẽ vnã succi feniculi alo/
es añ.partẽ mediã cãphore paꝝ cũ aqua feniculi fiat col
lirium.ꝛ si placet adde modicũ mellis ꝛ inijciatur in ocu
lis.¶ Ad idem.℞.aque feniculi rute apij herbene beto
nice agrimonie sanamunde.i.gariofilate pimpinelle eu/
fragie saluie ana.partes equales ifundãtur in vrina pue
ri cũ aliqbus granis piperis ꝛ cũ.ʒ.iij.mellis ꝛ aceti.ʒ.
i.collent̃ per pãnũ rubeũ mane ꝛ sero de eo parum inice
in oculis.vꝫ.n.ↄ oẽm distemperantiã visus ꝛ sanat infra
xl.dies.¶ Aqua spãlis ab extra.℞.feniculi rute eufra/
gie herbene tormentile betonice rosaꝝ endiuie siluestris
rostri porcini gallitrici sepie pimpinelle celidonie peonie
foliorũ vitis apij caprifolij agrimonie añ.ptes eq̃les pri
ma die trite ponant̃ in vino albo.scd̃a die ponãtur in vri
na pueri.tertia in lacte mulieris.quarta in melle deinde
ponãtur in alẽbico.ꝛ reseruẽtur qd̃ exibit valet senibus
ꝛ iuuenib⁹ noctilopis catarraticis.ꝛ oĩ debilitati visus.
Ad idẽ vꝫ hec aq̃.℞.tormentile eufragie celidonie feni.
herbene virge pastoris pentafilon millefolij ysopi pedis
corui agrimonie edere muralis apij sanamũde.i.gariofi/
late pĩpinelle rosaꝝ pedis colũbi añ.ptes eq̃les i bona q̃
titate ꝛ ablute ꝛ pistate infundant̃ p diẽ ꝛ nocteꝫ in vino
albo:deĩde ponant̃ in alẽbico ꝛ distillent̃ vt aqua ro.cuꝫ
lento igne.ꝛ p̃mus liquor erit argẽteus.secũdus aureus.
tertius q̃si balsamus.alijs duobus p̃ciosior ꝛ in diuersis
amplius reponant̃ ꝛ visui reseruent̃.Ab intra aliqua ap/

proximentur ꝛ pmo in forma pulueris vt. ℞. mirabo.ci
tri.chebuloꝝ se.maratri leuistici floꝝ rute celidonie aā.
ʒ.i.cardamomi.ʒ.vij.puluerizētur.ꝛ si vis addaꝰ zucha
ri albi ad pondus oium.ꝛ da aā cibū ꝛ post cibū i quāti/
tate semicoclearis.¶ Ad idē vt senex videat vsq in finē
vite.ꝛ est ꝓhibēs tres humores aggregari i corpore ꝛ re
mouens oēm putredinē oris.℞.ameos piretri aā.ʒ.i.ci/
namomi.ʒ.i.pullegij ysopi aā.ʒ.ß.fileris montani mara/
tri anisi carui maiorane cardamomi zinzib.mirabolano
rum chebuloꝝ ꝛ indoꝝ aā.ʒ.ij.puluerizenꝰ.¶ Electua/
rium ad idē.ꝛ si quasi visus fuerit amissus.℞.semi.feni/
cu.lib.i.fileris montani.ʒ.iij.camedreos radicis celido/
nie aā.ʒ.ij.apij.petrosilij aā.ʒ.i.puluerizа ꝛ ↄfice cū mel
le cocto dispumato:da mane ꝛ sero.ʒ.ß.vel circa qꝛ vltra
dicta stomachū ↄfortat mūdificat renes ꝛ oēm vētosita/
tē expellit.¶ Ad idem singulariter efficaciter ꝛ mirifice
valet el'ariuz Humain descriptū a Mesue in caꝑ de egri
tudinibus oculoꝝ.¶ Si ꝓueniat a stomacho humido
digeraꝰ cū oxymelle squillitico vel cōposito cū aqua de/
coctionis ysopi ꝛc̄.purgeꝰ sepe cū pillis stomaticis Me/
sue vel Alkindi vel cū yerapigra premissis tñ digestiuis
appropriatis deinde ↄforteꝰ stomachus cū ↄfectionibus
appropriatis vt cū aromatico ro.dyagalanga rosata no
uela ꝛc̄.¶ Si a corde cureꝰ cū dicēdis in caꝑ de cardia/
ca passione vt cum dyamargariton letitia Galieni dyan/
thos ꝛc̄.Si ab alio mēbro primo digeraꝰ mā si peccat in
eo.secūdo euacuaꝰ sicut dictū est.tertio ↄfortet cuz ap
propriatis.alia multa in diuersis formis approximātur
vt pz in antidotarijs.sed ista sufficiant.

¶ De obtalmia. Capitulum. xxxiiij.

Obtalmia vera est aꝑa cal'm essential'r vel ac/
cidental'r in coniunctiua oculi qđ fieri pōt de
oi humore:lz vtplurimum fiat ex sanguine:ꝛ
sunt tūc signa dolor timor ꝛ pulsatio vene ap
paret in oculis limpitudo claudit palpebras
in somno:oculi sunt graues ꝛ rubei etas regio tps āni i/
dicāt de repl'one sanguinis ꝛ sic de alijs:ꝛ si ex flate ē tu/
mor ml'ta limpitudo albedo vicit ruborē adest grauitas
ꝛ dolor remissus:inflatio tñ est magna q̄ cū tāgitur cedit
ml'titudo lachrymaꝝ cū lippa indigesta adest habitudo
humida regimē etas ꝛc̄.coueniūt in flegmaꝗ dñio. Si ex
chol'a signa sunt opposita si ex melācholia qđ raro ↄtin/
git pua vl' nl'la est inflatio limpitudo aut lachryma. Ad/
est tñ obscuritas faciei cū extenuatione corpis ꝛ cū q̄daz
grauedine dolorosa.Si a stōcho sciꝰ ex nausea vl' ab alio
nocumēto ipsius:si ex vētositate est ibi tensio ꝛ grauedo
mediocris.Itē si fit ex pte extrinseca:tunc est cū grauedi
ne illius ptis:si aūt fiat a partibꝰ intrinsecis:tūc est cū le/
sione earū.¶ Obtalmia nō vera solū cātur ab extrinse/
cis:vt ex fumo vl' puluere ꝛc̄.ꝛ cōiter ꝛ sine fluxu humo
rum ad oculos:sz solū rarificata humiditate eoruz occu
pat maiorē locū sic ꝙ apparet aꝑa qđ curaꝰ remouendo
cām extrinsecā.¶ Signa ꝓnostica:cū limpitudo ē aquo
sa:ꝛ subtilis obtalmia est in pncipio cū īspissaꝰ ꝛ dealba
tur est in augmēto:cū aūt limpitudo īspissata claudit pal
pebras est in statu ꝛ cū diminuiꝰ est declinatio.Itē limpi
tudo habēs frusta parua est mala:deterior tñ ē antiqua/
ta in qua nō prosunt medicamina:qꝛ significat humorez
corruptū inuiscatū in tunicis corrūpere nutrimētum:aut
ꝙ vene intrinsece adminiſtrāt.Itē dolor acutissimis idi/
cans de ruptura cornee aut corrosione timēdus est.Itez
obtalmia hyemis cū alijs ↄueniētibus in frigiditate tar
dius venit ꝛ recedit ꝓpter clausionē poroꝝ:oppositū cō
tingit in estate.Itē magni ocl'i citius incurrunt obtalmiā
puis:qꝛ eis plures humiditates ꝛ plures superfluitates de
leganꝰ ex eo qđ vie sunt latiores.Itē plus aduenit i pue/
ritia ꝑꝑ pueroꝝ gulositatē ꝛ mollitiē.Itē plus in vere ꝓ/
pter sui calitatē ꝛ humiditatē dissoluunꝰ humores cōge
lati in hyeme.Itē non negligaꝰ cura:qꝛ reliquias dimit/
tit sicut pānum telaz ꝛc̄.¶ Pro cura erūt due intētiones
pncipales alias secūdarias includētes.Prima est extra/
ctio materiei exuberātis digerēdo si expedit ꝛ ordināddo
regimen sex rerū non nāliū.Secūda est ꝓhibitio cursus
materierū ad oculū diuertēdo ipsas:ꝛ aliqua accidentia
corrigēdo.digeraꝰ ergo mā si dolor non sit intēsissimus:
qꝛ si fuerit intēsissimuz non expectaꝰ digestio:vnde si mā
ē flegmatica digeraꝰ sicut decet vt patuit supra:addatur
tñ in syrupo aq̄ decoctionis vl' aqua distilata harum sex
herbaꝝ cōiūctim vl' diuisiz portantiā virtutes digestiuo/
rum ꝛ solutiuoꝝ ad oculos ꝛ cōferentiū a proprietate ꝛ
sunt herbena feniculus eufragia siler montanꝰ celidonia
ruta:digesta mā trāseas ad secūdā intētionē.Si ergo san
guis fuerit in cā:ꝑ cōpetit flobothomia de ramo cephali
ce manus opposite:si virtus etas ꝛc̄.ↄsenserint:si nō sca/
rificetur in spatulis:ꝛ hoc est verū de flobothomia vbi i
corpore fit magna plectoria:ꝛ mā sit in fluxu qꝛ ipsa flu/
xa ꝛc̄.sufficit euare mām peccantē:ꝛ tunc flobothomare
tur de cephalica eiusdē ptis:deinde si non curaꝰ:purgeꝰ
cū hac decoctione.℞.māne tamarindoꝝ aā.ʒ.i.ß.dissol/
uantur cū.ʒ.v.aque decoctionis prunorū ꝛ detur in au/
rora.¶ Si mā cholerica purgetur cū ista potione.℞.mi
rabolanorum citrinoꝝ.ʒ.i.prunoꝝ damascenorū nume/
ro.xv.bulliant in lib.i.aque vsq ad consumptionem me
dietatis:ꝛ in collatura illius dissoluātur.ʒ.i.ß.tamarin/
dorum aut infundanꝰ in.ʒ.v.aque cal'e decoctionis pru/
norum.ʒ.i.ß.reubarbari ꝑparati ꝛ stet ꝑ horas.xij.dein/
de coleꝰ ꝛ cū.ʒ.ij.syrupi ro.vel nenufarini fiet potio:aut
dissolaꝰ in dicta decoctione māne ꝛ tamarindoꝝ ꝛ fiat
potio.¶ Si flegma peccauerit purgeꝰ cum.ʒ.i.pillulaꝝ
cociarū vl' cum yerapigra Galieni vel cū puluere de tur
bith isto.℞.zuchari albi.ʒ.ij.turbith boni.ʒ.x.zinziber.
ʒ.iij.puluerizenꝰ:cōiter dātur.ʒ.ij.cuz aqua decoctionis
feniclī vel prunoꝝ.Si fiat ex melā purgetur cum.ʒ.i.pil
lularum de lapide lazuli aut aliarū conuenietiū vel cum
hac decoctione.Recipe mirabolanorum indorum.ʒ.i.
sene epithimi ana.ʒ.ij.ro.ʒ.ß.bulliant in.ʒ.x.aque vsq
ad ↄsumptionē tertie partis ꝛ collature illi addaꝰ.ʒ.i.ß.
syrupi vio.ꝛ syrupi de fumo terre ꝛ fiat potio.¶ De sex
ꝛo rebus non nālibus dicetur in cōpēdio nostro de regi
mine sanitatis:ꝛ tu pro pte adapta ꝭm materiā peccantē.
Primo ergo diminuatur sūma cibi ꝛ potus vitando va/
porosa:ꝛ si sanguis peccet sint pauci nutrimenti laudabi
lis tamē sicut olera ꝛc̄.¶ Item cibi sint frigidi actual'r ꝛ
potential'r:ꝛ conditi cuz vino granatorū vl' aggresta:nō
cenet si est possibile:ꝛ si non sal'ē leuiter da semper post
cibū coriandrum ꝑparatum vitet vinum ꝛ carnes maxi/
me in pñº.¶ Si materia sit frigida cibetur vitellis ouo/
rum cū mica panis:bibat aquam cicerum ꝛ ordei:ydro
mel ēt conuenit:ꝛ post cibuz vtatur pirris ꝛ citonijs as/
satis.sit tñ vēter lubricus:ꝛ si non natural'r fiat lubricus
cū clisterijs aut suppositorio couenieti.Nā in oculis pa
tientē a dyaria accipi:bonū.vt inquit Hypo. aforismorū
sexta:stet in loco obscuro tuto a fumo ꝛ puluere:ꝛ ab oi
nocumēto extrinseco nō dormiat de die teneat caput ele/
uatū:neq sit aliqđ qđ stringat collū stet quietus sine agi
tatione corporali vitet coitū ꝛc̄.Scđa intētio pmo ꝑficiꝰ
cū fricationibus extremitatū ligaturis dolorosis vento/
sando in spatulis clisterizādo ꝛ scarificando cartilagines
auriū qđ valde ↄfert in oi fluxu humoꝝ ad oculos cū ca
pipurgijs.ꝛ sic de alijs positis supra.Pro alteratiōe ma/
terie obtalmie nota ꝙ medicinarū oculi alique alterant
ad frigiditatez vt succus solatri virge pastoris ꝛ endiuie
mucilago psilij aqua ro.ꝛc̄.Alique ad cal'm vt nux mu/
scata piper acorus celidonia ꝛc̄.Aliq̄ ↄstringūt:vt myr/

rba crocus rosa ꝛc. Alique liniūt vt lac albumē oui mu
cilago psilij ꝛc. Alique exiccant vt tutia antimonium cli
mia ꝛc. Alique maturāt sicut aqua decoctionis fenugre
ci seminis lini ꝛc. Alique resoluūt vt sarcocola aq̄ fenicu
li ꝛc. Alique stupefaciūt vt papauer succus pomoꝝ mā
dragore ꝛc. ¶ Sȝ pticularius descēdēdo ad curam dico
ꝙ lȝ repcussiua cōpetant in pn° non tñ quecūqȝ sȝ medio
cria ꝛ mitigatiua doloris. In augmento ꝟo ꝛ statu cōpe
tunt ptim resolutiua ꝛ ptim repcussiua: ꝛ nunq̄ȝ matura/
tiua: qꝛ sanies roderet tunicas. In declinatione ꝟo sola
resolutiua cōpetūt: simplicia ergo ꝯueniētia in pn° obtal
mie calꝫ p̄cipue sunt duo. Primū albumē oui bñ agita/
tum distillādo cū pēna vnā guttā aut duas aut tres vna
vice in oculis. Scōm est lac mulieris. ¶ Cōposita ꝟo in/
ter alia sunt tria. Primū. ℞. aq̄ ro. ℥. i. albumē vnius oui
ꝯquassenꝫ siꝉ. Scōm. ℞. mucilagis citonioꝝ vel psilij. ʒ.
ij. albuminis vniꝰ oui agitati ꝛ dispumati: lacꝗ mulieris
puellam lactātis. ʒ. iij. misce. ꝛ si in pn° eēt magnus dolor
addaꝫ de mucilagine aq̄ decoctionis seminis papaueris.
ꝛ si intēsissimus fuerit dolor addaꝫ gra. ij. opij. ꝛ cottū in/
fusum in eo supponaꝫ sepe ꝛ remouēdo ne exiccetꝫ. Ter/
tiū cōiter dcm̄ colliriū. ꝟ. xp̄i. ℞. ceru. lote. ℥. i. gūmi arabi
ci. ℥. ʃ. draga. ʒ. i. opij. ʒ. ʃ. teranꝫ subtiꝉr misce cū albumi/
ne duoꝝ ouoꝝ ꝯquassatoꝝ ꝛ fiat colliriū. ¶ Sed nota ꝙ
nunq̄ȝ aliqd actu intense frigidū ponaꝫ in oculis nisi do/
lor necessitaret: qꝛ mām ingrossaret ꝛ poros clauderet si
miꝉr nec actu intēse calꝫm: qꝛ spūs resolueret: sȝ sp sit tepi
dū aut tpate frigidū. ¶ Si autē obtalmia fieret a ptibus
extrinsecis aut a gingiua mꝛe ꝛc. approximādo hoc frō
ti ꝯfert. ℞. acatie sanguinis draconis añ. ʒ. i. bolli armeni
ʒ. iij. puluerīçenꝫ ꝛ incorporenꝫ cū albumine ouoꝝ. Que
ꝟo ꝯueniūt in augmēto ꝛ statu obtalmie calide simplex
est lac mulieris cū recēter est mulctū. nā abstergit mūdi/
ficat dolorē mitigat: ꝛ aliqualꝛ repcutit. ¶ Cōposita sūt
tria. ℞. mucilaginū dragagāti ꝛ seminis fenugreci añ. ʒ.
ij. lactis mulieris. ʒ. ʃ. colliriçenꝫ oculi. Scōȝ. ℞. sarcoco
le infuse i lacte asine dragagāti opij añ. ʒ. ʃ. ceruse lote. ʒ.
ʃ. puluerīçāda subtiꝉr puluerīçenꝫ ꝛ cū aqua pluuiali in/
corporenꝫ: q̄ aq̄ pluuialis in oibus passionibus oculorū
ꝯfert. ꝛ cū vis vti isto: distēpereꝫ vna pars cū lacte mulie
ris. ¶ Tertiū. ℞. cāphore bñ puluerīçate tutie p̄parate
añ. ℈. i. aque ro. ℥. i. ligni aloes. ʒ. ʃ. misce. ꝛ valet ēt ꝯ ru/
borem oculorū. In declinatione valet spongia infusa in
aqua decoctionis camomille ꝛ mellilori que expssa sup
oculo ponaꝫ. ¶ Ad idē colliriū albū. ℞. ceruse ablute. ʒ.
x. sarcocole. ʒ. iij. amidi. ʒ. ij. dragagā. ʒ. i. opij parū hec pi
stata incorporeꝫ cū aqua ro. ꝛ sic fiat magdaleon. ꝛ cum
vis vti distēpereꝫ pars cum lacte mulieris. In pn° obtal/
mie frigide. ℞. rosarū rubeaꝝ floꝝ camomille añ. ℥. ʃ. fi/
at sacculus ꝛ infundaꝫ in vino actualꝛ frido ꝛ expressus
ponaꝫ sup oculo. Ad idē. ℞. acatie myrrhe añ. ʒ. i. masti/
cis olibani añ. ʒ. ʃ. puluerīçenꝫ ꝛ cū albumine oui icorpo
renꝫ. ¶ In augmēto ꝛ statu. ℞. mucilaginū gūmi arabi/
ci fenugreci añ. ʒ. ij. sarcocole ifuse in lacte mulieris spice
nardi myrrhe cinamomi castorei aloes puluerīçatorum
subtilissime fiat colliriū. In declinatione ꝟo ponaꝫ eger i
balneo. Itē spongia ifusa in aq̄ decoctionis camomille ꝛ
mellilori multū cōfert. ¶ Ad idē. ℞. sarcocole. ʒ. x. ligni
aloes añ. ʒ. ij. spume maris croci añ. ʒ. i. succi celidonie. ʒ.
iij. teranꝫ terēda ꝛ bulliāt cū vino albo ꝛ aqua ro. postea
colleꝫ ꝛ ps subtilis ponaꝫ in oculo ꝛ fuba grossa desup.
ꝛ hoc precipue cōfert qñ flegma ē in causa. Ubi ꝟo a me
lancholia. ℞. sene epithimi rute celidonie añ. ℥. i. farine
fenugreci ꝛ ordei añ. ℥. ʃ. aloes myrrhe spume maris añ.
ʒ. ij. vini albi aq̄ ro. añ. ℥. iij. bulliāt isimul. ꝛ de liqdo po/
naꝫ in oculo. ꝛ de fuba grossa ponaꝫ desup. Ad idem va
let vinum albū purum: qꝛ mām grossam dissoluit: vnde

hypo. sexta afor. Dolores oculoꝝ meri potio ꝛc. ¶ Si
ꝟo obtalmia ꝯueniat ex vētositate embrocationes bal/
nea vaporationes ꝛ emplꝫa ꝯferunt ꝛ feniculus oimodo
administratꝰ maxīe si calefiat sup tegula ꝛ fiat sacculus:
p se aūt cuȝ alijs resolutiuis ꝛ flore camomille ꝛc. multo
plus opaꝫ q̄ȝ in alio casu. ¶ Si a stōcho vel ab alio mē/
bro purgeꝫ ꝛ confortetꝫ vt supra. Ex his pȝ correctio acci
dentiū ꝛ maxime doloris plus infestātis. Cōe tamē seda
tiuuȝ doloris fit ex pomis coctis in igne per se aut simul
cum vitellis ouoꝝ ꝛc. ¶ Aduertēdū ꝙ obtalmia est du/
plex vt dictuȝ est: vera ꝛ talis est apa proueniens in vno
de pāniculis qui diciꝫ cōiūctiua ꝛ alia est non vera que
non est proprie cū apostemate oculi: sed cū conturbatio/
ne ipsius ꝛ replꝫone venarū in eo. ꝛ talis vtplurimū acci
dit a causa primitiua: lȝ ex ipsa cā primitiua quādoqȝ suc
cedat etiā cā antecedens: ꝛ lȝ obtalmia vera vtplurimū
fiat a materia calꝫa cholerica vel sanguinea tamē licet ra/
ro fieri pōt etiam a materia melācholica vel flegmatica:
ꝛ a vētositate similꝛ. ¶ Tunicas enim oculoꝝ raro per/
transit materia grossa sicut est mā melancholica vel fleg
matica prout dictū est ēt de apostematibus pāniculoꝝ ce
rebri: ꝛ dicetur inferius de vera pleuresi. non enim fit in
pleura verum apostema nisi a subtili cholꝫa vel a sangui/
ne subtilissimo. ꝛ hoc euenit ꝑpter densitatē ipsius pan/
niculi in quē mā grossa imbibi vel intrare non pōt. Et fit
obtalmia vtplurimū per viaȝ defluxus ab alio mēbro: ꝛ
sic ēt vtplurimū habet periodū ꝛ paroxismum scōm effu
sionem materie ad ipsum oculū: ꝛ quādoqȝ etiā per viaȝ
congestionis causatur. Curatur aūt cōturbatio oculi seu
obtalmia non vera p̄mo cum abscisione cause a qua de/
pendet: ꝛ si sit extrinseca p̄mitiua vt calꝫitas solis vꝉ ignis
illa faciꝉr remouetur prohibendo talem patientē ne mo
ram cōtrahat iuxta solē vel prope ignē vel iuxta alia lo/
ca in qbus caliditas dñetur: ꝛ quies ꝛ somnus ꝛ mora i
loco obscuro ꝛ recenti. In hac cura multū cōuenit ꝛ die/
ta tenuis tendēs ad frigidum vt panis lotus ptisana vel
poma cocta: ꝛ ꝓhibitio vini ꝛ clisteria lenitiua: imo etiā
medicina lenitiua facta ex pulpa cassie fistule vel ex mā/
na ꝛ tamarindis multū ꝯuenit in hac cura ꝛ sic vtpluri/
mū eā ꝑficiūt. Et si expedit post supradicta emulsio lactis
mulieris in oculo ꝛ ipsius fomētatio cū aqua ro. vꝉ lacte
cum albumine oui ꝛ medulla pomi dulcis in furno vel
igne decocti aspsa cū lacte vel cū aq̄ ro. Et ipsa ēt medu/
la p se sola ꝛ panis lotus in aq̄ ꝛ farina ordei cū lacte per
mixta ꝛ aq̄ ro. oculo approximata in pn° ꝛ augmento vt
plurimū sanant ꝯturbationē oculi seu obtalmiā nō verā
ꝯuenientē a cā calida: p̄misso tñ semp regimine supradi/
cto. ꝛ siꝉr p̄misso lenitiuo ex cassia vel māna. A localibꝰ
ꝟo est oino cauēdū nisi p̄cedat ad hoc saltē euātio mino
ratiua vel lenitiua ꝛ regimen supradictū ꝛ vētose cū sca/
rificatione vel sine ꝫm exuberantiā vel paucitatē sangui
nis ꝛ fricationes ꝛ ligature q̄ȝplurimū ꝯueniūt ꝛ laudā
tur in hac cura. Et si sanguis in toto corpore vel in capite
dominaꝫ vel alij humores admixti cū eo ad flobothomā
dū accelerare debemus ex vena cephalica vel cōi: ꝛ vēto
sas in spatulis cū scarificatione debemꝰ apponere: p̄mis
sa tñ vꝉ euōne seu flobothomia: qꝛ maximū afferunt iu/
uamentū. ¶ Et si cholericus humor absqȝ sanguine dña
tur in oculo ꝛ in corpore toto postponaꝫ flomia: ꝛ p̄mit/
taꝫ lenitio vētris seu minoratio aliq̄lis ꝛ intēdaꝫ digōni
illius humoris ꝛ ipsius euōniꝰ cum syrupis digestiuis ꝛ
aquis ꝛ cuȝ solutiuis appropriatis dictis supius in cura
male cōplꝫonis calide cerebri depēdētis ab humore cho
lerico: sȝ latius dicēdis in summula nr̄a in cura febris ter/
tiane pure. ibi ḡ pro ipsis recurraꝫ ꝛ pro alijs ēt alterati/
uis epithimātibus ꝛ iulep. Nā sepe ꝯueniūt in hac cura
ꝛ localia q̄ ꝯueniūt sunt dicta superius in isto cap. q̄ fue/

runt appropriata cõturbationi seu nõ vere obtalmie pueni enti a sanguine: de alijs aũt eligant̃ frigidiora sicut humor cholericus est magis acut⁹ ꝛ cal's ipso sanguine cũ derelinqtur a nã. Et in statu p̄dicte cõturbatiõis seu obtalmie aliq̃ resolutiua pmisceant̃ cũ p̄dictis repcussiuis vt decoctio fenugreci cũ aq̃ ro. vel aq̃ feni. seu celidonie permixta cũ lacte. Et in declinatiõe sola decoctio fenugreci vel sola aq̃ feniculi pmixta cũ modico çuchari vtpl'm pficit hãc curã. ℭ Est vlterius memorandũ ꝙ pillule lucis posite a Mesue in suo antidotario. Et pillule auree posite a Nicolao: q̃rũ dosis ꝛ cuiuslibet ipsaꝝ est vsq̧ ad. ℈. iij. ℥. multũ cõueniũt ꝛ cõferũt gñaliter in oĩbus passionib⁹ oculoꝝ depẽdẽtib⁹ a mã mixta ex calida mã frigida: calida tñ p̄dominãte: ꝛ iõ in cura cuiuslibet obtalmie cõueniũt digesta mã: imo ẽt vsus ipsaꝝ pro p̄seruatiõe dispõnis oculoꝝ ꝛ visus sũme ab auctorib⁹ laudat̃. Qð si cõturbatio oculoꝝ seu talis obtalmia nõ vera a cã frigida causet̃: ꝛ si sit a cã extrinseca ꝛ a friditate aeris abscindatur vt decet: ꝛ cũ suis cõtrarijs medicet̃. p̄ ordinando dietaꝫ in pn° tenuẽ: ꝛ subsequẽter ipsam aliqual'r igrossando: vinum ẽt in pn° phibendo: ꝛ subsequẽter ip̄m limphatuꝫ assumat. Et fricationes ligature atq̧ vẽtose multũ in hac cura cõueniũt ꝛ somnus tpatus ꝛ phibitio ab aere luminoso iuuamẽtũ auferũt i hac cura nec postponat̃ lenitio vẽtris cũ cassia vel mãna: ꝛ fiãt clisteris lenitiua abstersiua ſm ꝙ vẽtris dispõ exigit ꝛ reqrit. ℭ Et si adest flobothomie necessitas: qꝛ sanguis sit admixt⁹ cũ flegmate vl' cũ humore melẽco vel ẽt cholico: ꝛ cũ ipsis dñet̃ fiat flobothomia vt decet mõ ꝛ ordine supradicto. Et si cã sit intrinseca p̄dominãte mã frigida ẽt eodẽ mõ curet̃: sed cuꝫ maiori diligẽtia ꝛ cautela q̃ꝫ si fiat a cã extriseca. Si aũt sola mã flegmatica dñatur vel ẽt melãcholica digeratur p̄ ꝛ subsequẽter euẽtur cum digestiuis ꝛ solutiuis capiti appropriatis dictis supius in p̄senti cap. ꝛ in cura male cõplõnis frigide capitis depẽdẽtis a mã ꝛ latius de his in sũmula nr̃a in cura flatice febris: ac etiã q̃rtane: illa ergo reducere potes ad curã istius passionis oculoꝝ postponẽdo semp localia inquãtũ potes in istis ꝛ in omnib⁹ alijs passionibus oculorũ nisi primo vniuersalia ꝛ maxime euãtiua premittant̃. Et istud sit generale notabile qð non tradatur obliuioni. Et localia que conueniũt in hac cura huius conturbationis in oculo dependentis a causa frigida sint admixta: ita ꝙ sint tẽperate caliditatis: cuꝫ virtute tamẽ aliqualiter repercussiua et stiptica sicut lac permixtum cuꝫ aqua fneiculi ꝛ cum modico aque rosa. vel aqua ro. ꝛ aqua feniculi simul mixta: vel fomentatio facta cum feniculo ꝛ ro. Et si expedit addatur qd modicum de sumach. Et simil'r fomẽtatio facta cum rosis ꝛ fenugreco vel cum floribus camomille ꝛ modico semperuiue: vel emplastrũ factũ cũ farina ordei rosis ꝛ fenugreco ꝛ modico lactis: vel panis lotus cũ aqua ro. appositus oculo cũ modica farina fenugreci. Et hec fiãt vsq̧ ad tempus status. In statu aũt sola resolutiua ꝛ lenitiua cõueniunt vt sola decoctio fenugreci vel dcoctio florum camomille cũ fenugreco vel etiã cũ melliloto ꝛ herba feniculi p se sola oculo empl'ata in dicto tpe confert: ꝛ simil'r celidonia: ꝛ similiter sarcocola pluries lota cũ aqua ro. ꝛ cũ lacte permixta. ꝛ cũ aqua feniculi maximũ affert iuuamentũ in hac cura: ꝛ aqua feniculi per se sola ꝛ aq̃ celidonie cũ aqua eufragie per se sola ꝛ adinuicẽ mixte sũme conueniũt non solũ in statu sed ẽt in declinatione etiã curam istã perficiũt. Aduertẽdũ est secũdo ꝙ cura obtalmie vere cũ eisdẽ remedijs supradictis in cura obtalmie non vere etiã eodẽ modo ꝛ ordine incipitur prosequitur ꝛ finitur: sed opꝫ in ista maioreꝫ diligẽtiam adhibere: qꝛ est maioris periculi ꝛ timoris q̃ꝫ non vera obtalmia cum sit verum apostema in pãniculo oculi qui dicitur cõiunctiua sicut superius dictũ fuit. Est etiaꝫ maioris timoris cũ ad exiturã sepe eueniat ꝛ rupturã. Expedit ergo i hac obtalmia vera p̄mo cũ flobothomia ante oĩa alia deuenire: ꝛ cũ vẽtosis ad spatulas cuꝫ scarificatione vltra flobothomiã si sanguis superflue dominatur: p̄misso tamẽ lenitiuo clisteri sicut cõuenit: ꝛ pluries dictũ est ante oẽm flobothomiã aut medicina lenitiua premissa facta ex sola cassia fistula vel mãna cũ decoctione cõi recẽti ꝛ fricationes ꝛ rectificatio aeris: ꝛ prohibitio aeris luminosi ꝛ dieta tenuior ꝛ totalis remotio vini plus conueniunt in hac hora cũ sit maioris periculi ꝛ timoris ꝛ digestiua humoris cholerici cũ in p̄dicta obtalmia dñatur ꝛ in corpore toto ꝛ euãtiua illius. Et sic etiã digestiua humoris flegmatici vel melãcholici: ꝛ illoꝝ solutiua. opꝫ enim ꝙ cũ ipsis perueniatur cũ debito modo ꝛ ordine vt supra dictũ fuit. ꝛ de his omnibus dictũ est in cura malarũ complexionũ cũ materia cerebri seu capitis: sꝫ magis late in sũmula de febribus dicet̃: pro eis ergo ibi recurre ꝛ intẽde mẽbro mandãti si expedit ꝛ procede cũ localib⁹ secũdum diuersitateꝫ materie calide seu frigide mõ ꝛ ordine supradicto in cura cõturbationis seu non vere obtalmie. ℭ Maturatiua aũt ꝛ lenitiua magis cõueniũt in hac cura cũ apostema procedit itinere exiture: non tñ ẽ aliquid ꝙ fenugrecũ excedat ad istã intentionẽ ꝛ ad resoluendũ mãm contẽtã in oculo ꝛ lac simil'r ꝛ maxime mulieris ꝛ dragagãtũ cũ eo ꝛ mucilago psilij cum mucilagine fenugreci ꝛ farina seminis lini cũ farina ordei cũ malua decocta est sũme conueniẽs in fine augmẽti ad maturãdum hanc mãm addẽdo qñq̧ calidiora vel minus calida scđꝫ dñium humoris: ꝛ hec oĩa patent supius. ℭ Et lac asininum caprinũ vel muliebre qðcũq̧ ipsoꝝ admixtuꝫ cum p̄dictis emplastris iuuat ꝛ conuenit in hac cura ꝛ multo plus laudatur ꝛ cõuenit si addatur modicũ croci. ℭ Si aũt talis obtalmia ad apertionẽ: ꝛ vlcerationẽ deuenerit: tũc aqua ordei çucherata sepe sup oculo iterata est valde cõueniẽs. Et aq̃ feniculi ẽt cũ modico çuchari: ꝛ sic ẽt vinũ albũ subtile cũ çucharo. Et cũ querit̃ cõsolidatio vlceris cõuenit aqua ro. in qua infundant̃ modicũ aloes et collata imissa i oculo. Et fiet̃ albũ liq̃factũ in vino vel in aq̃ ro. ſm ꝙ expedit ad hãc intẽtionẽ ẽ iuuatiuũ. ℭ Pl'a aũt alia q̃ ẽt cõueniũt grã breuitatis omitto dimittẽdo residuũ cure cyrugicis practicãtibus in hac arte pticulari practica de oculis: q practici oculiste cõiter nũcupant̃.

ℭ De rubedine oculorum. Cap. xxxv.

RUbedines aũt oculoꝝ ꝛ macule i oculis cõtingẽtes que i ydiomate vulgari tarpati vocãtur q̃ vtpl'm ex sparsione sanguinis fiũt in oculo ac ẽt ex ipso sanguine coagulato sicut sepe cõtingit ex casu vel pcussione facta a cã extrinseca vel ẽt a quacũq̧ alia cãimo ẽt sicut remanet qñq̧ in fine cõturbationis p̄dicte curant̃ cũ resoluẽtibus p̄dictũ sanguinẽ coagulatũ in oculo: premissis tñ vñbus oĩbus supradictis euõne cõueniẽti: ꝛ maxie cũ flobothomia ꝛ regimine vite ꝛ alijs supradictis cõfert sũme ad resol'nẽ talis sanguinis sanguis extctus ex vena alle colũbe distillatus in oculũ vsq̧ ad tres guttas ad minus pro qualibet vice viuente colũba ꝛ ipsum sanguinem iterando si expedit ꝛ simil'r decoctio fenugreci qualitercũq̧ approximata cõuenit ad resolutionẽ ipsius sanguinis coagulati ꝛ aqua feniculi idẽ efficit. ℭ Et cerusa cũ oleo ro. linita sup palpebras oculoꝝ simil'r solũmõ conuenit in pn° pcussionis facte sup oculo cũ pugillo vl' al'r quoquomõ: sed in pcessu non est sic conueniẽs: ꝛ caue ne in oculũ trãseat: qꝛ sensibil'r lederet. Sꝫ inunctio facta cũ oleo liliaceo sup tali loco pcusso postq̃ꝫ mã seu sanguis est ibi complete locatus cõuenit: sꝫ caue ẽt ne ingrediatur in oculũ: qꝛ induceret mordicationem in oculo.

¶ De cura malarũ cõplexionũ oculi. Cap. xxxvj.

Si fiat mala cõplo in oculo qñcũq; fit illa cum suis cõijs medicet̃ ꝛ si fit sine mã ordinato regimine cibi ꝛ pot⁹ vtplĩm sola alterãtia suffi/ciũt leniẽdo ẽt intestina a supfluitatib⁹ ꝛ feci/bus cũ clisteri vel alio lenitiuo: ꝛ si a mã cau/setur talis mala cõplo post regimẽ ordinatũ tenue ꝛ subtile ꝛ lenitiõe pmissa saltẽ cũ cassia fistula vel mãna loca/lia sup oculo apponant̃ opposita tali male cõploni. Exẽpli grã si fit mala cõplo cal'a curet̃ cũ localib⁹ frigidis vt cũ aq̃ ro. vel aq̃ endiuie ꝛ corrigiole vel cũ lacte ꝛ albu/mine oui. imo ẽt aq̃ frigida pura ẽ ɔueniẽs cũ excessiua calitas dñatur sepe posita sup oculũ cũ petijs madefactis in ea ꝛ cũ eisdẽ petijs pcedatur cũ lacte ꝛ albumine oui vel aq̃ ro. vł alia de pdictis apponat̃ oculis: ꝛ emulsio la/ctis mulieris i oculo calefacto ẽ sũme ɔueniẽs ꝛ folia vi/tis idẽ efficiũt. Et si fit mala cõplo frigida diminuto flu/xu mãerũ ad oculũ pcedat̃ cũ aq̃ feni. admixta cũ aq̃ ro. vel cũ decoctione fenugreci addita rosis in pua q̃ntitate. Et aq̃ feniculi ꝛ celidonie cũ aq̃ ro. ẽt ɔuenit in hac cura cũ mala cõplo frigida dñatur ꝛ ab aere luminoso exces/siue ꝛ a vẽto frigido fumo ꝛ puluere abstineant supradi/cti in oẽs patiẽtes egritudines q̃scũq; oculorũ: ꝛ si expe/dit cũ digerẽtib⁹ talẽ mãm vt cũ syrupis appropriatis ꝛ de/coctiõib⁹ seu aq̃s pcedat̃ in cura deueniendo ad medici/nas solutiuas q̃ talẽ humorẽ euacuẽt. ¶ Et de oĩb⁹ istis syrupis ꝛ medicĩs dictũ ẽ supra i cura malarũ cõplonũ ca/pitis ꝛ cerebri seu sode a q̃cũq; mã fiãt: ꝛ flomia pre oĩb⁹ remedijs laudat̃ ꝛ ɔfert in hac cura cũ sanguis dñat̃ vel ali⁹ hũor admixt⁹ cũ eo in pñ°fcã ꝛ ẽt in q̃buscũq; ɔsilib⁹ passionib⁹ oculorũ ꝛ h cõsentiẽte semp etate atq; virtute ꝛ talis flomia fieri dʒ de vena cephalica brachij correspõ/dẽs oculo patiẽti ꝛ si ambo oculi egrotãt fiat ex brachio dextro. Et vẽtose apposite pcipue spatulis cũ scarificatio/ne aut sine fm q; dispõ exigit cõueniũt ꝛ sanguisuga ad nares apposita: cũ ois fluxus cõplete sedat⁹ est si sanguis in facie dñatur ẽ vtilis ꝛ ɔueniẽs. Et si caliditas epatis fiẽ vtplĩm euenit est in cã talis male cõplonis calide oculorũ multiplicãdo sanguinẽ ꝛ humorẽ cholicũ pmissa flobo/thomia ꝛ vẽtris solõne vt dictũ est epithimet̃ cũ epithi/mate suo frigido alteratiuo posito lu sũmula in cura fe/briũ acutarũ: ꝛ sili mõ q̃dcũq; aliud mẽbrũ si fit in cã trã/smissionis materierũ ad oculos alteret̃ rectificet̃ ꝛ confortet̃ cũ suis remedijs appropriatis. Et fricationes ꝛ li/gature dolorose fcẽ tpibus ɔgruis ẽt lauant̃ vt diximus su/pra in cura malarũ cõplexionũ capitis atq; sode: ꝛ caput in passionib⁹ oculorũ semp sit eleuatũ. ¶ Et abstineãt pa/tiẽtes has egritudines a vino quãtũ est possibile eis: ꝛ si ipsum bibũt sit parum aquaticũ atq; bene limphatũ ꝛ a fructibus ꝛ a leguminibus ꝛ a crudis. scilʒ alleo cepis ꝛ porris ꝛ ab oleribus ꝛ caseo maxime ꝛ generalr̃ ab omnibus vaporosis ꝛ vnctuosis custodiant̃ ꝛ de dienõ dor/miant inquantũ possunt sʒ de nocte temperate dormiãt. ¶ Et hic notãdũ est q; in passionibus oculorũ semp a lo/calibus est cauendũ nisi pmo pcesserint cõueniẽtes ꝛ ex/quisite euationes facte cũ flomia aut̃ cũ farmaco soluti/uo vel cũ eis ambob⁹ si expedit: ꝛ cũ ẽt pcedere debẽt di/uersiua oĩa supradicta ꝛ dieta tenuis et subtilis.

¶ De cura cuiuscunq; doloris oculorum a quacunq; ma/la complexione facti. Cap. xxxvij.

Patientes dolorẽ in oculis cũ regimie supra/dicto ꝛ dieta tenui ꝛ subtili debẽt regi et gu/bernari phibẽdo in eis: silr̃ vinũ oĩno et oĩa vaporosa et pueniendo cũ flomia si sanguis vel mã alia admixta cũ sanguine dñat̃: et cũ vẽtosis fricationib⁹ ligaturis ꝛ alijs supradictis et cũ le/nitiuo ex cassia et cũ clisterib⁹ ẽt lenitiuis et cũ acutis ẽt in pcessu cũ mã frigida dñatur psequendo cũ syrupis et alijs digestiuis et cũ medicinis euatiuis silr̃ fm q; expe/dit. nã si in cã doloris sit mã calida frigida repcussiua su/per oculo apponant̃ et albumẽ oui et aqua ro. seu lac ca/prinũ vel aqua plãtaginis et medula panis ex tritico ĩfus si in aq̃ frigida et sup oculo apposita mirabilẽ opationeʒ efficit in sedãdo hũc dolorẽ. Et idẽ ẽt opatur medulla pomi in furno vel igne decocti cũ modico zuchari albi sup oculo apposita: et cũ augetur dolor laudat̃ et ɔuenit fari/na ordei permixta cũ lacte caprino et aqua ro. sub forma emplastri posita sup oculo: sed non pmittatur vt sup ocu/lo exiccet̃ vel aliud quodcũq; locale quod apponit̃ ocu/lo: et cum dolor adhuc perseuerat maxime ex mã iã con/tenta et in oculo collocata: tũc decoctio fenugreci cũ or/deo et cũ rosis ac etiam cũ folijs matris violarum: et fo/mentatio facta cum ea est valde conueniens. Similr̃ etiã emplastrũ factũ ex farina fenugreci et ordei cũ decoctio/ne rosarũ et foliorũ matris viola. precipue cũ resolutio queri: talis medicina in oculo collocata. Et cũ hoc ẽt re/missio male cõplonis existis in eo a qua prouenit ille do/lor et phibitio noui fluxus mãerum ad ipsum et q̃ñq; in hac cura coacte expedit ad opiata trãsire: vt cũ dolor est fortis acutus et excessiuus: expedit enim tunc vt cũ pdi/ctis emplis addat̃ decoctio seminũ papa. seu corticũ ei⁹ ꝛ imo ẽt q̃ñq; expedit addere modicum opij cum floribus camomille: sed cum timore et cautela: et quandoq; addi/mus iusquiamũ. Ab opiatis autem semper est precauẽ/dum nisi in casu extreme necessitatis et fomẽtationes in casu pdicto facte cũ floribus camomille corticibus pa/paueris et iusquiamo coacte ɔueniũt. ¶ Et fiet albũ po/situm nono Almãso. distillatũ in oculo cũ aqua ro. mul/tũ ɔfert in casu pdicto: et si dolor fiat a mala complexio/ne frigida remisso fluxu mãerum ad ipsum et pmissis cõ/uenientibus euationib⁹ et digestiuis et diuersiuis et alijs supradictis ɔueniũt anodina empla fomẽtationes etiã alia supradicta in cura sode frigide. Ibi ergo pro ipsis re/currat̃: ꝛ syrupus de papauere ẽt cũ opio administratus cũ dolor est acutus ꝛ fortis in cura coacta ɔcedit̃ eis ꝛ fe/nugrecũ pre oĩbus medicinis ẽ iuuatiuũ q̃litercunq; ap/proximatũ in dolore fcõ a mã frigida cũ talis mãe fluxus cessauerit: in pñ°tñ cũ mã fluit debẽt aliqua repcussiua vt rose vel sumach cũ ipso admisceri: ꝛ flores camomille et melliloti feniculus ꝛ celidonia ꝛ ipsorũ aque silr̃ cõferũt in ipso dolore iã fluxu sedato: ꝛ farina or. pmixta cũ fenugreco ꝛ aqua ro. ꝛ si expediũt narcotica in hac cura non transeat̃ vltra papauer nisi cũ de morte timet̃ vel de pdi/tione talis oculi dolorosi: ꝛ in isto casu filoniũ laudat̃ ꝛ ɔuenit assumptũ de sero post cenã cũ modico vini in dosi vsq; ad. ʒ. i. s. ẽt plurib⁹ diebus ꝛ vicib⁹ si expedit ɔtinuã/do cũ ipso. Est eni electuariũ opiatũ: cuius vsus nõ dʒ es/se nisi post sex mẽses elapsos a die sue none ɔstructionis vt bñ fermentet̃ ꝛ ois timor remoueat̃ ab eorũ vinũ purũ ꝛ potẽs in parua q̃ntitate bibitũ cũ iste dolor iceperit de/clinare si modice sumat̃ laudat̃ ꝛ ɔuenit in hac cura iux̃ sniam Hypo. in afo. cũ dicit. Dolores oculorũ meri potio soluit. i. curat. ¶ Et itelligit Hypo. cũ dolores oculorũ fi/unt a cã frigida vel a sanguine grosso ꝛ coagulato fiẽ cõ/tingit in patiẽte dolorẽ oculorũ pp obtalmiã: ꝛ⁹ oculi sicci sunt ꝛ vene eorũ inflate ꝛ sanguine plene. Nã statib⁹ istis ɔditionib⁹ duab⁹. Pria q; dolor fit de sanguine grosso fa/ctus ꝛ coagulato. Et scda q; corpus nõ fit plectoricũ fiẽ post flobothomiã q̃ minorauit humorũ replonẽ ɔueniẽs est patiẽtẽ imittere in balneũ: ꝛ q; post balneũ cũ itroiue/rit lectũ detur parũ vini cõmixti ꝛ postea dormiat: tũc. n. magnũ ɔseq̃t̃ iuuamẽtũ: q: vel dolor cessabit vel mitiga/bit̃ sensibilr̃: ꝛ hui⁹ rõ ẽ. q: vinũ pp suã sbtilitatẽ ꝛ velocẽ suũ ascẽsũ ad oclos sanguinẽ coagulatũ dissoluit: ꝛ ipʒ

ab oclis educ: ꝛ his modis ꝛ cū alijs suprad͡cis pficit cu ra dolor oculor a q̄cūq3 mala cōplone pendētium.

¶ De cura ꝯseruatiua sanitatꝫ oculoꝝ. Cap. xxxviij.

Volētes ꝯseruare sanitatē oculi ꝛ ip̄3 ab egritudine pseruare debent q̄ztū pnt ip̄m tueri a puluere ꝛ a fumo ꝛ a vētis vēter frigidis seu calidis: imo ēt ab oi eo qd̄ suꝑflue calefac̄ siue ifrigidat: ꝛ sic gn̄al'r ab oibus rebus ledētibus eū: ꝛ q̄ ipsis sunt nociue sicut sunt ille q̄ gn̄al'r corpus exiccāt sic̄ coitus multus ꝛ accñtia aie: vt tristitia dolor angustia ꝛ ira ꝛ plixitas aspiciēdi resplēdētia ꝛ ml'tū lucida sicut solares radios ꝛ niues ꝛ res alias suꝑflue albedinis vl' nigredis. Et sil'r legere lr̄as minutas ꝛ pu as ꝛ aspicere iterlineationes ꝛ figuras puissimas ꝛ sbtiles. ꝛ coꝑerari manual'r in reb⁹ subtilibus sicut in picturis ꝛ sculpturis lapidū lignaminū. ꝛ iō colores medij vt viridis color visū3 ꝯseruāt. Albus aūt disgregat ꝛ niger cōgregat tanq̄3 extremi colores. Et iō visu3 ledūt ꝛ in oib⁹ supradictis mediū est iuuatiuū. Et somnus post repl'onē visui multū nocet. Op3.n. istū qui in visu suo debilitatem h3 expectare donec digerat̃ cibus assumptus an̄q3 dormiat vel saltē differat duabus horis ad minus post cibū assumptū. Somnus aūt diurnus est ꝓhibēdus inquātū possibile est: ꝛ superflue vigilie etiā ledūt visum ꝛ ois repletio etiā nocet visui ꝛ oē qd̄ conturbat nām ac etiā omne qd̄ conturbat sanguinē ex cibis malis aut salsis acut3 pinguibus ꝛ vnctuosis ꝛ vaporosis ꝛ maxime ledētib⁹ os stōchi. Et hic notandū est ꝙ plus nocet oculis: imo ēt toto corpori vinū malū q̄3 cibus malus: q2 plus ꝯuertit̃ in nutrimētū ꝛ indigestū citius ad epar attrahit̃. ꝛ ebrietas formal'r nociua est oculis. vomitus aūt confert visui inquantū purgat stomachū si facil'r fiat stante stomachi repletione ꝛ cōicatione ipsius ad oculos. Et si bis fiat vl' semel in anno erit ꝯueniens ꝛ iuuatiuus. Nocet tn̄ vomitus visui iquātū mouet mās mēbroꝝ iferioꝝ ad oculos ꝛ ad caput. Si ḡ necessarius ē vomitus fiat post cibū faciliter ꝛ nō violēter ꝛ p̄misso clisteri vno vel plib⁹ mūdificātib⁹ itestina. Et somnus ēt superfluus vtpl'm nocet visui: ꝛ balneū vaporosu3 seu aer termaꝝ suꝑflue cal's ꝛ fletus multus ēt sūme nocet. Et ꝯtinuus vsus flomie in q̄ztitate sanguinis suꝑfluens: imo ēt si suꝑflue ꝛ ꝯtinue sanguis cū vētosis appositꝫ extrahat visu3 debilitat ꝛ diminuit. ꝛ vinū grossum ꝛ turbidū sicut mustū plimū nocet. ꝛ porrū ꝛ cepe ꝛ basilicon a ꝓprietate ꝛ lactuca a ꝓprietate nocēt: ꝛ anetū ꝛ caules et lētes visu3 minuūt ꝛ obūbrāt. iō ab eis ꝛ a silib⁹ ē cauēdū vt sanitas ocli ꝯseruet̃.

¶ De vlceribus oculorum. Cap. xxxix.

le cōplonis calide: ⁊ cū hoc ēt ex suis ptibus frigidis h₃
mãs subtiles ingrossare: vñ eius principalis opatio ē in
febribus tertianis puris factis a colera pura ⁊ si secū ali
quid flatis admisceaf: ⁊ in febrib⁹ pure sanguineis assū
ptus cū aq̄ endiuie: seu cū aq̄ simplici in dosi inferius de/
clarāda. ❡ Syrupus aūt cōpositus acetosus plus est cō
ueniēs qñ cū colera ēt tertianis notis aliqd flegmatis in
uenif. Et tūc melius est pro q̄rta pte secum ponere de ge
leniabim. i. de melle ro. limphato: vt dictū ē cū aq̄ endi/
diuie addendo modicum de aq̄ feniculi si expedit ppter
dñium flatis. ❡ Syrupus aūt de bisantijs vocat⁹ est sy/
rupus dinarij a Mesue in suo antidotario iter oēs syru
pos est magis in vsu ⁊ plus diuulgatus ⁊ maioris excel
lentie ⁊ virtutis in febrib⁹ cōpositis difficilis eradicatio
nis de mã mixta colerica ⁊ flaca: sed predominante ma/
gis hūore colerico. Et iō vsus ei⁹ ē plus i tertiana nota
saltem post eius pncipiū: ⁊ trāsacta septima die. ❡ Oxi/
mel aūt simplex mixtū cū melle rosato colato in pncipio
flegmaticaꝝ febrium est conueniens ⁊ iuuatiuu₃. ❡ Oxi
mel autem compositum quod est syrupus de quinq₃ ra/
dicib⁹ seu syrupus radicatus q fit cū aceto: ⁊ sine predi/
ctis febribus flegmaticis est conueniens in pcessu earu₃
pro digestione materie. Et quartanis febribus est ēt ap/
propriatus. ❡ Sed syrupus composit⁹ acetosus qui de
duabus radicib⁹ nominatur in pncipio febriū flegmati/
carum etiam simul cum melle ros. colato magis appro/
priatur. Et eodem modo idem syrupus de duabus radi
cibus sine aceto compositus ⁊ ꝯstructus est conueniens
predictis flegmaticis febribus: quando cum eis cōiūgif
strictura pectoris seu debilitas stomachi cum nocumen
to digestionis. Nā acetū predictis dispositionibus ē val
de nociuum. ❡ Syrupus aūt violatus eodem modo est
conueniens in tertianis puris: sicut syrup⁹ acetosus sim
plex: sed est magis alteratiuus ad frigidum. ❡ Alij autē
syrupi atq₃ decoctiones magistraliter fiunt: de q̄bus infe
rius pticulariter ptractabo. ❡ Qualiter aūt vsus aque
frigide pure sit conueniens q̄busdā febrientibus ad alte
randum ⁊ digerendum mãm colericam ⁊ subtilem infe/
ferius appebit. ❡ Subsequenter autem trāseundo ad fe
bres quib⁹ flobotomia cōceditur breuiter ꝯdescēdā: s̄m
q̄ ptinet huic generali sermoni. ❡ Est enim flobotomia
in febre sinocha inflatiua que fit ex sanguine in q̄ⁿtitate
peccante absq₃ putredine conueniens ⁊ iuuatiua in eius
principio. immo vtplurimū est illius integraliter curati/
ua si copiosa fiat vsq₃ ad lipothomiam si expedit: vt lici/
tū si quandoq₃ de sanguine minuere in tali febre vsq₃ ad
libram vnam: ⁊ vltra secundando tamen dicta₃ floboto
miam in vesperis ad complendum quantitatē predicta₃
s̄m modum ⁊ ordine₃ superius dictū: ⁊ in tēpore ꝯgruo
⁊ decenti. Est eni melior multiplicatio numeri floboto/
mie q̄₃ simul ⁊ semel multiplicatio euacuationis quanti/
tatis sanguinis pro ꝯseruatione v̄tutis que semp pre om
nibus est bene ꝯsiderāda: ⁊ similiter etas si ad hec cōsen
tit. ❡ Et si fit sinocha ex sanguine putrido: nō tamē mul/
tum a nā sanguinis extraneato in modo substātie: tūc ēt
flobotomia post leuem lenitionē facta in pn° talis febris
est ꝯueniēs ⁊ iuuatiua: imo etiam flobotomia ꝯcedif oi/
bus putridā febrem habētibus ex admixtione alioꝝ hu
moꝝ cū sanguine: ⁊ iā cum putredine intra venas. Sed
in talibus est dispositio vel digestio aliqualis expectāda
sicut ēt in solo dñio sanguinis multū distātis ab eius nā
est digestio aliqualiter expectanda ante euacuationem
ipsius seu ante flobotomiam fiendam vt ad mediocrem
substātiā: ⁊ sibi debitā reducatur. ❡ Cauendu₃ est enim
ne ex ingenti flobotomia ebulitio eueniat intra venas in
humore colerico dominante: vel cruditas i humore fleg
matico. ❡ Si aūt alij humores p̄dominentur cū sangui/
ne intra venas in nā sanguinis cōmixtione ad cānda₃ fe
brem: tunc etiam flobotomia ꝯcedif: sed premissa digō/
ne: saltem taliū humoꝝ admixtoꝝ cū sanguine. ❡ Quā
tum autem sit minuēdū cōiter ⁊ quo mō ordine: ex q̄bus
tēporib⁹ dcm̄ est supius. ❡ S₃ si febris fit putrida depē
dens ab alijs humorib⁹ absq₃ dñio sanguinis vel ei⁹ ad
mixtiōe cū eis flobotomia nō conuenit vllo mō: sed sola
lenitio vētris in ei⁹ pn°: est subsequēter ei⁹ solutio s̄m p̄/
dominantem humore₃: vt inferius apparebit semp in ta
libus ipsorum p̄missa digestione. ❡ In lenitione āt ven/
tris supius dicta: que vtplurimum est ꝯueniens in pnci/
pio cuiuslibet putride febris non est expediens vt digō
expecteſ. immo digestiuū aliqḋ nō est exhibēdu₃: nec cū
ipso incipiēdum: nisi ip̄m precedat lenitio ventris: ne stā
te replone viaꝝ cōium ex ipso porteſ mãe ad epar ⁊ ve/
nas: ⁊ sic in oppilatione addaf: ac ēt in putrefactione ab
ipso digestiuo qḋ vtplurimū est puocatiuū: vt dcm̄ ē su
pra. ❡ Fricationes aūt ante cibum maxime in flegmati
cis febribus summe ꝯueniūt ⁊ in corpibus pinguib⁹ vl
carnosis. Nō tñ ꝯueniūt in corpibus exiccatis ⁊ macilē/
tis: nec in patientibus acutissimas febres. Etia₃ summe
conueniunt predicte fricationes ante principium ⁊ i pn°
cuiuslibet paroxismi seu excrescentie febris ad attrahen
dū calitatem ad ex̄: dūmodo corpus ex tali fricatione nō
euēteſ seu aliter infrigideſ. Conueniunt insuper in decli
natione cuiuslibet paroxismi: ⁊ sic iuuāt ⁊ laudanf: ⁊ cū
frigus adest in principio paroxismi: vel aliter: qñq₃ talis
febriens pānis calidis cooperiatur ⁊ inuoluaf maxime
in extremis ⁊ dorso: ⁊ ponēdo latera calida ad man⁹ ⁊
pedes: ⁊ cū calor expandif ad exteriora paulatine panni
⁊ alia calida remoueantur: vt decet. Mod⁹ aūt fricatio
nū est semp incipiendo a ptibus inferioribus: vt a cruri
bus ⁊ pedibus manus equaliter ducendo versus iferi⁹: ⁊
⁊ subsequēter codē modo sequēdo a brachijs ⁊ a mani/

bus. imo et r a spatulis:r vltimo a coxis r crurib⁹ redeundo. Fiūt aūt he fricationes donec infirmus delectaṫ in eis:tenēt enim locū exercitij. Et ideo sunt iuuatiue in expēdo caliditatē ex̄neā de iteriorib⁹ ad exteriora:r in resoluēdo vapores malos atq̄ fumos q̄ surgūt a febre. ℭ Est ēt conueniens in qbusdā febrib⁹ in eaꝝ declinatione cum qbus ꝯiungiṫ magna pororū constrictio corpus totū iungere cū oleo camomellio ꝑmixto cū vino albo subtili ad aperiēdū poros r ꝓuocādū sudorē:r maxime pluribus euōnibus factis ꝓcedētibus:cū indigemus ēt in qbusdā feb. medicina forti debili in euōne mārum grossaꝝ difficilis eradicatiōis qñ cū ipa ꝯiungiṫ vtutis debilitas:r ð illa diceṫ iferi⁹. ℭ Sic ḡ ex oibus supradictis cōcludere possum⁹:ꝙ intētio curatiua febriū ḡnalis:qñq̄ vertitur ad febrē:qñq̄ ad cām:r qñq̄ ambe intētiones simul cōueniūt r ꝯcurrūt sp ꝓncipaliter est intēdēdū ad illā q̄ magis infestat q̄ est maioris piculi iuxta hāc vsitatā r famosam distinctionē ꝙ duplex est cura egritudinū r accñtiū: sed maxime febriū. Nā quedā est regularis r electiua insequēs in oibus oēs regulas r canones regulares medicine:quedā ē coacta r nec̄ia ex q̄ cogimur aliq̄l'r ꝯ canones regulares facē pp euitare maius piculum. ℭ Prima autem intentio supradicta que ad febrē vertitur pficitur cum frigidis r hūidis. ℭ Scđa intētio que ad cām vertitur cum digestiuis r euatiuis perficitur:r ille intentiones quādoq̄ ꝯueniūt:r qñq̄ ꝯtrariātur adinuicem. Et sic ē finis cure generalis febrium putridarum.

ℭ De dieta seruāda in febribus putridis.

Post generalē curā febrium putridarū in q̄ dcm̄ est de mō r ordine cibationis patiētiū eas:r de dieta ꝯueniēti:r quo mō cib⁹ non solū ad sustētationē vtutis ꝯcedit:r lꝫ i pte augeat egritudinē:diuertēdo ēt vtutem ab ope suo in digestiōe mā̄e. ℭ Sꝫ qz frustra esset operatio medici deficiente virtute:nā curās sicut sciuisti est virt⁹ r nō medic⁹:vt ꝑma q̄rti caplo de cibatione febricitātiū. Et iō pre oibus semp ad posse est vtus custodienda:atq̄ ꝯsiderāda:cū cōsideratiōe tñ egritudinis r mā̄e ad illaꝫ magis intēdendo cū cibo vel sine q̄ est maioris piculi r timoris semp tñ plus adherēdo vtuti. ℭ Error enim cōmissus in ꝑn° febriū putridaꝝ de attenuatione diete in quibuscūq̄ egritudinibus:r maxime in cronicis est magn⁹ valde:cū expediat subseq̄ter in statu cuiuslibet egritudinis attenuare dietā:sꝫ pp timorē virtutis ne ruat r cadat expedit nos qñq̄ de errore cōmisso in attenuatione diete in principio febris postea in statu ipsam ingrossare:r ex hoc seqṫ piculum r dubiū festine mortis. ℭ Sūt enim ḡnalr oibus febrib⁹ frigide r humide diete pre oibus eligende intētione habita ad calorē febrilē. ℭ Et lꝫ de aq̄ ordei aliqd superius tactū sit q̄ est pot⁹ ꝯueniens r cōis cuiuslibet febrili discrasie:cōfert tñ principalr colerice febriētib⁹ tā rōne cāe q̄z rōne discrasie. Similiter ēt syrupus acetosus simplex de q̄ superi⁹ mētio facta fuit ē excellētis virtutis assumpt⁹ cū aq̄ frigida:seu cū aq̄ endiuie ad extinguēdū caliditatē ex̄neā r febrilē:r ad aperiēdum oppilationes q̄ cōiter cū febribus putridis coniungunṫ:r ad digerēdū mās febriū:r maxime colericas:de ipso est dictū satis supra in ḡnali cura febriū putridarū. Nō ē tñ syrup⁹ acetosus simplex cū aq̄ ordei mō aliquo ꝑmiscendus. Nā ipa corrumpit r ꝓhibet opationē ipi⁹ syrupi accelerādo exitum ipsius ad extra. ℭ Modus āt ꝯstructionis seu cōpositionis aque ordei ꝑm cōem vsuꝫ: vt recitat Aui. ꝑ° quarti capitulo de aqua ordei r syrupo acetoso est:vt accipianṫ partes 10. aque simplicis r pure:r vna ordei:r decoquanṫ adinuicem donec redeat ad q̄rtā partē. Sed sufficit. immo cōiter sic fit aq̄ ordei ꝙ solum quarta pars eius consumatur in decoctione predicta. Ipsa enim quanto minus decoquitur:tanto magis ē aperitiua r abstersiua. r quāto plus decoq̄tur tāto ē magis aperitiua r alteratiua ad frigidum.

ℭ De cura putridarum in speciali.

Nunc ēt subsequēdo de curis febriū putridarū magis i speciali ꝑn^m faciā febriū acutaꝝ seu ꝑperacutarum qz sūt febres magni periculi:r ad se curā qñq̄ vertentes rōne acute r intēse caliditatis:q̄ est in eis cām dimittēdo:ita vt in eis solū extinctiua ꝯueniunt. ℭ Ad has enī febres sepe accñtia seeua sequunṫ q̄ ēt ad se curā vertūt: Et ille sunt febres vtplurimum de mā acuta colerica predominātē. Cui raro conuenit flobotomia:nisi in sanguine ebulitio magna in venis existat ꝓducta ab incēdio colere admixte cū eo. Et tunc post lenitioneꝫ aliq̄lem factā cum clisteri vel cassia r non aliter ad flobotomiā descendimus ꝑm moduꝫ r ordinem in capitulo generali de cura febrium putridarum. Et ille febres acute absolute de quibus est hic sermo non trāseunt 14^m diem:imo vtplurimum terminātur in prima quarta vel ante. Et nō solū requiritur ad faciendum febrē acutā vel aliū morbuꝫ acutum ꝙ egritudo sit breuis r cite terminationis:sicut euenit in ephimera febre:sed vltra hoc requiritur ꝙ egritudo sit magna atq̄ piculosa seu furiosa:r ita ꝙ sit seeuorum accidentiū:vñ vtplurimū est de materia colerica acuta. ℭ Dicitur autem egritudo magna seu furiosa altero trium modorum:sed melius concurrentibus omnibus simul. ℭ Primo ratione multitudinis materie. ℭ Secūdo ratione malitie r qualitatis praue ipsius materie r maxime venenose. ℭ Tertio ratione nobilitatis mēbri in quo est materia vel egritudo: vnde nobilis operatio leditur. His omnibus tribus modis proprie dicitur egritudo magna r furiosa. Tamē posset dici atq̄ vocari quocunq̄ trium dictorum modoruꝫ existat. Propter ergo furiā r timorem harum egritudinum acutaruꝫ est festādū ad curam ipsarū febrium. Unde non solum est licitum: vt medicus visitet tales infirmos:sed vt continue his sp presens existat. ℭ Incipiendum est ergo in eis a lenitione ventris facta cum cassia vel māna distemperata cum decoctione cōmuni recēti:seu cum aq̄ or. vel endiuie ꝑm modum superius dictum in capitulo generali. Et subsequēter ad digestiua mā̄e venire. Et si timor adesset de subita suffocatione ex multitudine mā̄e:vel de eius furiositate:vt ꝙ ad aliqđ mēbrum nobile transmittaṫ ad illud apostemādum:tunc ab eius ꝓncipio absq̄ expectatione digestionis est ipsa mā euāda cum pharmaco solutiuo addendo cassie:seu māne de electuario succi rosarū vsq̄ ad. ʒ. ij. cū qñq̄ q̄rtis cassie seu cū. ʒ. i. reubarbari electi:etiaꝫ in substātia cū modico spice ifundēdo reubarbaꝝ prius simul cuꝫ spica ꝑ plures horas ante in aq̄ endiuie:seu in aliqua aqua lactis caprini:postea totum in substantia distemperatum cum decoctione communi iaꝫ dicta debet assumi:ponēdo cum ipso de cassia vsq̄ ad. ʒ. x. vel de māna vsq̄ ad. ʒ. ij. vt supi⁹ dictū ē. Et talē medicinā assumēdo illis horis r tpibus r put r sicut superius dictū ē in capitulo generali:ac ēt ꝑm ꝙ diceṫ iferius:semper subsequēte clisteri abstersiuo:vel lenitiuo ēt dicto supius:r cū assumptione abstersiui:vel lauatiui post cōpletā solutionē siue opationē pharmaci solutiui in quo ipsum cōceditur. ℭ Et si istis acute febriētibus est necessitas flobotomie pp abundātiā sanguis r alterationē inductā in eo:ēt si sit cū colere admixtione secure in eius ꝓncipio fiat flobotomia:vt dcm̄ est in cura generali febriū putridaꝝ. Et in ei⁹ ꝓcessu si expedit cū ventosis cū scarificatiōe ad spatulas r ad nates:r maxime ꝯueniūt stāte rubedine r plenitudine faciei cū inflāmatione ipsius. Immo cū multū rubēt ocli:r tota facies:sanguisuga posita ad pūctā nasi

est vtilis et conueniēs. Et silr̄ et ꝯfert ꝑsequēte alienatiōe et mā acuta cal'a et sanguiea ad caput et i ipo ꝯtēta. ¶ Particulariter aūt tales febriētes hac febre acuta q̄ incēsiua vocat̄ sūt dietādi cū dieta tenui et subtilisiō tenuissima si vtus tolerare pōt: tēdēte sp ad fridū et hu. q2 in talibus ē magna necessitas infridationis alterationis et extinctionis calitatis acute et intēsiue. et iō ptisana et poma cocta et panis lot⁹ cū aq̄: multotiēs et lactuca cruda vel cocta cū aceto nō multū acuto est ꝯueniēs eis marie cū egritudo est de pperacutis. Et si post q̄rtā diē egritudo trāsiret pul la pua cū lactuca decocta et alterata vl'oua sorbilia: tn̄ in aceto et aq̄ ꝺcocta nō ꝓhibēt̄ salt̄e semel i die et i hora ma ioris getis. Pullus aūt distillat⁹ est oino ꝓhibēd⁹ ab eis q2 facil'r inflāmāt̄. et sic corp⁹ inflāmat in talib⁹ acute febriētib⁹. De et vinū est eis ꝓhibēdū oino excepto vino granatoꝝ et marie muçoꝝ: qd̄ et est limphādū cū aq̄ simplici pura. Sȝ aq̄ çucharata cū pauco çucharo vel iuleb violaceū cū multa aq̄ ꝑmixtū. imo et aq̄ ordei ē istis magis ꝯueniēs pot⁹ et granata ꝯueniūt eis. ¶ Si aūt egritudo eēt adeo breuis et pperacuta ꝙ fine solito cibo isirmus posset cōmode ptrāsire absq̄ sensibili nocumēto tutius eēt q̄ȝ cibū assumere et loco ei⁹ solūmō potū sibi ꝯueniētē assumere. ¶ Sȝ cū timor esset de casu vtutis meli⁹ est cū leuissimō cibo vel potu nō apto ad inflāmātionē sustētare vtutē q̄ȝ in dieta tenuissima errorē inducere et isirmū ad mortē disponere: cū iste febres marie sunt extinctiue calitatis inate et resolutiue vtutis. ¶ Post dietā aūt expedit aerē in quo repit̄ infirm⁹ cū irrorationib⁹ fridis sepissime irrorare: ita ꝙ i ipaꝝ cameraꝝ aer ad fridū alteret̄ cū sparsione aq̄ mixte cū modico aceti: seu cū aq̄ simplici pura: et melius cū aq̄ ro. si copia eius adesset cum ro. violis florib⁹ nenufaris et mirto. et cū folijs vitis et salicis. et cū pomis odoriferis et ipsoꝝ folijs et alijs qbuscūq̄ fridis et odoriferis: innouādo et talia. sepe et ꝯtinue aperiendo fenestras: vt aer frigid⁹ innouet̄ alterat⁹ in camera. debēt et a multis ingrediētib⁹ camerā ꝑcauere ne ex ipsoꝝ hanelitu aer camere calefiat. et ad hāc intētionē expedit aerē inouare cū motu flabelloꝝ et ingenijs alijs sȝ ꝙ expedit. ¶ Expedit tertio cor illoꝝ et epar epithimare cū epithimatib⁹ frigidis et fortiter alteratiuis. Et lȝ superi⁹ hec epithimata posita sint et declarata: tn̄ hec ipsa rememorari ē vtile valde: et maxime cū debeāt eē frigidiora ꝑdictis. Usus tn̄ ipsoꝝ regularius est ꝯueniēs añ oēȝ cibū: ꝑmissa lenitiōe vētris et tuti⁹ ipi⁹ solutione facta: sȝ qñq̄ cura coacta. oȝ medicū cū ipsis ꝑuenire cū tiet resolutionē vtutis vel trāsitū hui⁹ febris ad ethicā. ¶ Est ergo tale epithima cordiale qd̄ cōuenit i hac febre. ℞. aq̄ bugulose melisse et ro. añ. ℥. iiij. aq̄ endiuie. ℥. vj. sādaloꝝ alboꝝ et rubeoꝝ añ. ℥. ß. ro. corticū citri ossis ꝺ corde cerui sirici tincti i gra. añ. ʒ. i. been albi rubei ligni aloes cinnamomi gariofiloꝝ croci añ. ʒ. ß. cāphore. ℈. ß. fiat epithima. et cū pāno de lana infuso in dicto epithimate et expsso sup mamilla sinistra sub tepida calitate plurib⁹ vicibus iterato ponat̄ anteq̄ȝ cib⁹ aliqs assumat̄. ¶ Epithima ꝑ epe cōueniēs taliter febrientib⁹. ℞. aq̄ endiuie. ℥. viij. aq̄ violacee et ro. añ. ℥. iiij. sandaloꝝ alboꝝ. ℥. ß. sandalorum rubeoꝝ. ʒ. ij. ro. et seis lactuce. añ. ʒ. i. coraloꝝ spodij. añ. ʒ. ß. aceti vini albi. ℥. i. cāphore. ℈. ß. fiat epithima cū et pāno lineo plurib⁹ vicib⁹ añ oēm cibū sup hypocūdrio dextro vbi est situs epis sub tepida calitate ponat̄: sicut dcm̄ est de epithimate cordiali. Post q̄ꝝ epithimatū vltimaȝ remotionē loc⁹ vbi posita sunt epithimata cū pāno sicco leuiter exiccet̄. Nō sunt tn̄ ꝑdicta epithimata regulariter ꝓcedēdo apponēda: sicut superi⁹ dictū ē nisi ꝑus precesserit solutio: vl' ad min⁹ lenitio vētris. ¶ Cōtigit tn̄ ꝙ acuta caliditas et incēdiū excessiuū est adeo magnū et timorosum: ꝙ oȝ medic ꝑ cura coacta et cū ꝑdictis epithimatibus et cū alijs extinctiuis fridis alteratiuis coacte ꝓcedere et a ꝑncipio febris: et ante oēm euacuationē vt saluet̄ infirmus a morte: imo et ꝯcedit̄ istis potus aq̄ fride copiose. vt ait Gale. 10. terapētice: imo et qd̄ appet horribile in casu coacto cōcedit̄ balneū aque frigide pure in qua corpus sub actuali frigiditate ingrediat̄: vt saluet̄ a morte et si membra perdant̄ dūmodo vita remaneat. Et ideo in istis casibus in quibus caliditas omnimode ad se curam trahit et vertit solicite irroratiōes fride facte cū aqua ro. vel aceto et aqua ad extinguēdum superfluum incendiuȝ qd̄ cōiter est i istis: et ꝙ maxime manifestatur in extremitatibus manuum et pedum: que tamen prohibentur generaliter in alijs febrientibus: q2 sunt causa repellendi caliditatem ad interiora. ¶ Cura coacta enim excusat medicuȝ ab omni opere suo in his curis: et qbuscunq̄ alijs: vt ait Gal. 8. terapeutice. Opȝ medicū exercitatum eē et natura prudentem: vt sui prudētia et ingenio estimatiuo magis adhereat veritati. Nam iste melior est medicus qui minus errat. vt ait Gal. primo de crisi. requiritur etiam vltra predictam prudentiam ꝙ infirmus de medico confidentiam habeat. Nam iste plures sanat de quo plures confidunt teste Gal. in secundo de creticis. ¶ Expedit etiam quādoq̄ infrigidantia et repercussiua apponere in principio harum febrium ad caput et frontem: tamen premissa solutione: vel ventris lenitione: vt assumendo de succo lactuce seu semperuiue: immo etiaȝ quandoq̄ solatri: et cum oleo rosato et modico aceti pecias infusas sepe capiti: vt timporib⁹ et fronti apponere et nō min⁹. ¶ Requirit̄ etiā embrocare pedes et manus et crura et brachia et vaporem ad caput recipere ex hac decoctione. ℞. rosa. violaꝝ: florum camomille: floruȝ nenufaris: corticum papaueris: foliorum salicis: foliorum vitis et lactuce: fiat omniuȝ decoctio in aqua simplici. Et fit vsus ei⁹ ad membra predicta sub tepida caliditate et tempore congruo. Et hec embrocatio est etiā somni prouocatiua. ¶ Requiritur quarto pro predicta alteratiōe fienda: et ad sitim extinguendam sepe iuleb violaceum: et quandoq̄ ro. ad prohibendum plus resolutionem spirituum commixtam cū multitudine aque frigide temporibus congruis exhiberi debet: vt celebrata digestione cibi: et in augmēto: vel statu talis febris: et non sic i ꝑncipio eius. Similiter etiam syrupus acetosus simplex cum aq̄ frigida predictis febriētibus est cōueniēs. Et nō minus ꝯfert syrupus de papauere exhibitus cū aqua frigida: et statim post cenā ad somnū ꝓuocādum: sed magistraliter pōt ꝑparari tale iuleb lōgū cū quo perficitur omnis intētio que i hac febre requirit̄: et ad digestionē mãe: et ad extinctionē caliditatis febrilis extinguēdo sitim et somnū ꝓuocando: cuius descriptio. ℞. aque fontis clare lib. ij. aq̄ endiuie lib. i. aque seminū cōium frigidorum aque bugulose aque ro. añ. ℥. vj. vini granatoꝝ muçoruȝ. ℥. iiij. seminis lactuce seminis portulace seminis endiuie lenticule aq̄ citrach pollitrici: et sūt nomina vsitata sic aromatarijs bene nota: q2 sunt herbe que iuxta fontes nascūtur seminū cōium mundatoꝝ añ. ʒ. i. floꝝ bugulose et melisse: violarum añ. ʒ. ß. fiat iuleb longū facta ꝑus hac decoctiōe cuȝ lib. i. ß. çuchari damaschini et aromatiçet̄ i petia linea cū ʒ. ß. sandaloꝝ alboꝝ et ʒ. i. cinamomi electi. Et tale iuleb est vtile et ꝯueniēs et absq̄ admixtione alteri⁹ aq̄ si non multū decoquat̄. ¶ Quinto ē summe necessariū vt nos et lingua istoꝝ febricitātiū ꝯtinue irroret̄ et humectetur maxime cum aq̄ ordei infrigidata summe: et quādoq̄ cū aqua frigida pura: vel cū modicissimo aceti ꝑmixta: seu vini purissimi potius ad cōplacentiā assumētis. ¶ Cauēdū ē tn̄ ne isti liquores trāsglutiant̄ ad posse. nisi tpibus et horis dictis superi⁹ saluo si sitis esset multū angustiatiua et excessiua inducēs sūmā ariditatē et siccitatē in toto

corpore. tūc ēt nō cōplete digestiōe celebrata est licitū medico aliquē potū de predictis exhibere. tū in pauca q̄titate teste Gale. octauo terapeutice. Cuȝ sic inquit. Et nō bibere in cena stati. inatāt. n. cibaria bibentibus. ita si ēt siticula fuerit paucum danduȝ vt mitiget sitis ꝛ humiliet tristitia. Cū aūt bn̄ digesserit tunc copiose da. Distribuit. n. citissime bibētibus eis ita. Etiā in ore retinere de tandis sepe positis in aqua frigida. Et eodē nō cristallū in ore retentū sepe madefactū in aq̄ est vtile ꝛ ꝯueniēs. Immo pruna cerasa ꝛ amarena resuata ꝛ exiccata: mollificata tū in aq̄ iuuāt ꝛ ꝯueniūt istis. Silr̄ pruna matura in tp̄e suo. Sed qḋ plus valet ꝛ ꝯfert est ista mixtura de q̄ ꝯtinue q̄titas fabe grosse teneat̄ in ore. ℞. zucbari violati. ℥. i. mucillaginis psilij. ʒ. ij. mucilaginis citonioꝝ. ʒ. i. ℈. seminis cucurbite ꝛ cucumeris lactis papaueris añ. ʒ. i. fiat mixtura cū iuleb violato ad modū electuarij liq̄di. ꝛ teneat̄ sub lingua ƀȝ ꝙ dictū ē. Et cū timet̄ de alcola. i. d̄ vlceribꝫ in gutture ꝛ lingua siue qn̄ actualiter sūt: tūc est ꝯueniēs zucbarū dissolutū in aqua ordei ꝛ sepe gargarisatum. Etiā zucbarū rosatū est ꝯueniēs p seipsum in casu p̄dicto nō aliter. Et si decoquant̄ sumacb lentes ꝛ rose in aqua ordei qn̄ vlcera sunt in ore est magis conueniēs gargarizādo zucbaꝝ rosatū cū hac decoctione. ¶ Expedit sexto ꝙ ad eandē intentionē alterationis ꝛ infrigidationis clisteria alteratiua ꝛ infrigiratiua ꝛ humectatiua solicite p̄pare facta: qn̄q; ex sola aqua ordei ꝛ oleo violaceo: ꝛ qn̄q; addēdo de succo lactuce: vl' de succo cucurbite vel portulace. Immo etiā clisteria ꝯferūt ꝛ ꝯueniūt facta solūmodo ex altero p̄dictoꝝ succoꝝ depuratorum ad ignē: vel ex oībꝫ simul cū ē magna necessitas alterationis mēbroꝝ nutritiuoꝝ: ꝛ maxīe iferioꝝ. Et cū aquis distillatis qn̄q; fiunt clisteria ex portulaca endiuia ꝛ cucurbita. Sed cū querit̄ vltra alteratiōnē p̄dictā lenitio ventris ꝛ fecū exiccatarū in intestis. fiat tunc clistere cū succo blitis dictū superius in cura generali febriū. ¶ Et si clisteria ab infirmis prohibentur oīno vel ex alia causa fieri nō p̄nt. fiant suppositoria: nō tū acuta: vel quid modicū cassie suggendo a cannulis hora prandij assumat̄: vt venter lubricus fiat. ¶ Ultimo si febres iste perseuerāt pertranseundo septimā diem absq; alia crisi: digesta tū materia non fiat cū medicina facta ex cassia ꝛ reubarbaro: vel cuȝ cassia ꝛ electuario de succo ro. seu cū māna ƀm dosim ꝛ modū dictū superiꝰ in p̄ncipio huius capituli: habita semꝑ ꝯsideratione de debilitate virtutis ad eius ꝯstantiam: q2 deficiente virtute vana sunt oīa. Digestiuū aūt huius māe facientis has febres acutas cōiter ē syrupus acetosus simplex: vel violaceus assumptꝰ de mane cū aqua endiuie sub actuali frigiditate: ac ēt assumptus in vesperis. Celebrata tū digestiōe cibi ēt iuleb magistrale superius positū est ꝯueniēs ad digerēdū hanc māȝ colericā ꝛ subtilē. Et sic ēt ꝯferūt q̄cūq; frigida ꝛ humida q̄litercūq; sumpta superiꝰ denoīata. ¶ Ultimo p ꝑfectione cure haꝝ febriū acutaꝝ vtil'r est notandum ꝙ in p̄ncipio porismi: vel cū infirmus ad sudorē disponit̄ qn̄ adesset: vl' cū crisis de ꝓximo expectat̄ a supradictis frigidis excessiuis ꝯtinuādo cū eis est regulariter abscindendum tā intrinsecus q̄ extrinsecus: ꝛ maxime ab epithimatibus dictis in quoꝝ vsu ꝯtinuo ꝛ nō tp̄e ꝯgruo. qn̄q; medici errāt. ¶ Cura tū coacta cū timor eēt de casu vtutis ex multa resolutiōe vel ꝑmutatiōe huiꝰ febris ad ethicā non excusamur cū p̄dictis remedijs alteratiuis: mō tū ꝛ ordine supradictis: ab experimēto tū vidi aliquē curatū ex acutissima febre p̄cedēte lenitiōe vētris ex appositione frusti cucurbite madefacti cū aqua rosata pluribꝰ vicibus super epar: ꝛ cum impositione ipsius ēt sup caput epithimādo ꝛ exhibēdo in potu multitudinē aque frigide: ꝛ illud remedium ē conueniens apud medicum prudentem: ꝛ bene exercitatū in arte. Ad laudē dei. Amen.

¶ De cura accidentium in febribus.

Prosequēdo doctrinā ꝛ modū ꝛ ordinē p̄cedēdi. A. post curā generalē febriū putridaꝝ in generali: ꝛ post curā ēt febriū acutaꝝ q̄ tn̄ sūt putride febres: ꝯsequēdū ē ad curā accidētiū: q̄ vt plurimū p̄dictas febres insequūtur: ꝛ maxie febres acutas: que qn̄q; in eis sunt adeo fortia atq; piculosa virtuteȝ ꝯsternētia que ad se curā v̄tunt ēt dimittēdo totaliter vel partialr̄ curā cāe ꝛ dispōnis febrilis: ꝛ talis ē cura coacta ad quā medicꝰ obligat̄ vt saluet infirmꝰ a morte vel a maiori piculo qḋ succedere posset. ¶ Et lȝ aliq̄ de accñtalibus numerādis ēt isequi possint ad febres ephimeras tū vt plīmū insequunt̄ febres putridas: ꝛ maxie acutas: vt iam dcm̄ ē: ꝛ declaratū. Remouent̄ eni faciliter accidētia febriū ephimeraꝝ. Difficiliter aūt putridarū ꝛ maxime acutarū ƀm ꝙ pticulariter declarabit̄ in p̄cessu. ¶ Sunt aūt accidentia d̄ q̄bus sermoneȝ faciemus ad p̄sens plura viginti que cōiter insequūt̄ ad febres: quoꝝ quedā initiū habēt in principio febris seu in p̄ncipio cuiuslibet paroxismi: q̄dā in p̄cessu: ꝛ maxime circa statum: ēt quedā sed pauca in declinatione nō vera seu cū cessauerit iā febris ex q̄busdā reliquijs ꝛ in corpore derelictis: que nō fuerūt ad plenū euacuate.

¶ Primum igitur accidentium qḋ in pluribus febribus euenit etiam rigor horripilatio: tremor ꝛ frigus que cōmuniter eueniunt in principio paroxismi. Et licet ex istis non omnino simul in qualibet febre cōueniunt: sed quādoq; vnum: quandoq; aliud: ꝛ quandoq; plura: quandoq; omnia simul: vt in signis febrium: ꝛ in causis earuȝ est plenarie dictum. Illa enim accidentia principiuȝ febriū insequunt̄: imo vtplurimum omnia simul precedente tū vtplurimuȝ horripilatione que leuior est q̄ rigor. ¶ De horripilatione autē parua: seu de paruo rigore non multum sensibili nec ledente insequenti: quādoq; sudorem ꝛ crisim perfectā post totalē euacuationē māe nō est h̄ sermo de eius cura: quia faciliter per seipsum remouetur sicut horripilatio que qn̄q; cōtingit post cōpletam expulsionē vrine que toti corpori euenit. Nec ēt est hic sermo de rigore cretico. q̄ ēt fit qn̄q; i vera crisi in die cretico facta cū v̄tutis ꝯstātia ꝛ p̄cedētibus signis cōplete digōnis in mā. Nā talis ēt rigor refrenari nō dȝ nec alio mō euacuari. Sȝ rigor fortis seu horripilatio magna. ꝛ sic ēt frigus ꝛ tremor excedēs sūt accñtia q̄bꝰ medicus opportunis remedijs isistere dȝ ꝑueniēdo cū eis ante ip̄oꝝ initiū vt ante p̄nm̄ cuiuslibet porismi ad minꝰ p vnā horā ꝛ vltrā habita notitia de ipsius p̄nº de hora ꝛ de tp̄e inuasionis ƀm porismū vel porismos q̄ p̄cesserūt: incipiēdo cuȝ fricatiōibus ꝑmō leuibꝰ: subsequēter fortibus ꝛ fortioribus in p̄cessu initiatis a cruribus ꝛ pedibꝰ ꝑmo ꝛ a brachijs ꝛ a manibꝰ ꝛ subsequēter a coxis ꝛ a spatulis: ꝑmū finalr̄ redeūdo ad pedes ꝛ crura ꝛ ad brachia ꝛ ad manꝰ vsus ptes extrēas semꝑ inferiꝰ manꝰ suas ducēdo seta fricādo q̄cūq; dispositꝰ ad fricādū. plus āt ꝯueniūt ꝛ laudant̄ fricatiōes ꝛ sic ēt ꝑnt diutiꝰ pdurari i corporibꝰ pinguibꝰ febriētibꝰ ꝛ carnosis. ꝛ in flegmatice febriētibꝰ seta melācolice q̄ in corporibus macilētis extenuatis ꝛ exiccatis ꝛ colerice febriētibꝰ. Sūt. n. fricationes ꝑmoꝝ corpoꝝ cura integra ꝑfectiua: nō solū accñtiū p̄dictoꝝ: s; dispositionis: ꝛ cāe vt recitat Gale. xi. de ingenio sanitatis. ¶ Cauēdū ē tū in vsu fricationū ne corpꝰ febriētis eueniet ꝛ frigus suscipiat. ita ꝙ ipsū ledat. ꝛ exinde oppilatio sequat̄ ne corpus eius alteret̄ ad peius. Diutius aūt iste fricet̄ q plus delectat̄ in eis: ꝑueniēdo semꝑ cū eis: vt dictū est ante verū p̄nm̄ porismi. Nā cū frigus horripilatio seu rigor ꝛ tremor sensibilr̄ expādūt̄ ꝛ manifestant̄: tunc infirmus fricatiōes sustinere nō p̄ōt sed solū pānis calidis sepe

dis ſepe innouatis ⁊ iteratis ⁊ coopturis pānoꝝ ē regē/
dus gubernādus:ac ēt cum ligaturis ad brachia ⁊ ad co
xas illas ſepe ſoluēdo.⁊ ſic ēt iterādo.eſt.n.ꝯtinuādū cū
eis imo ēt cū laterib⁹ calidis poſitꝭ ad pedes:ac ēt ad ſpa
tulas:cū rigor eſt fortis ⁊ frigus excedēs.⁊ in flegmati/
cis ⁊ melācholicis febrib⁹ vtplurimū euenit.℃In chole
ricis aūt febrib⁹ eſt abſtinēdū a ſupflue calidis:qꝛ citius
trāſit frigus ⁊ rigor in eis niſi ſint febres cholerice admi
xte cū flegmatice.℃Expedit iſup in forti rigore ⁊ frigo/
re qñqꝫ nucā ⁊ ſpōdiles oēs inungere cū oleo de lilio vel
coſto abluto cuꝫ vino albo ſubtili ſub actuali caliditate
adminiſtrato:raro tñ ħ remediū eſt ꝯueniēs:ſꝫ nō ꝓhibe
tur in forti frigore ⁊ rigore.℃In rigore autē q̄rtane ſeu
quotidiane ⁊ tertiane nocte cū frigore exceſſiuo factis ⁊
p̄cedētib⁹ purgationib⁹ ⁊ alijs q̄ expediūt ſume laudan/
tur.Et ꝯuenit añ p̄nᵐ poxiſmi ad minus ꝑ vnā horam aſ/
ſumptio rubee trociſcate vſqꝫ ad.ʒ.i.cū modico vini al/
bi calidi ⁊ ſubtilis.Et ipſi⁹ fricatio ad timpora ⁊ ad pul/
ſus brachioꝝ ⁊ pedū ſm:qō ponif a Nico.i ſuo antido/
tario in cap̄ de rubea trociſcata:qō ē electuariū ſatꝭ notū
apud medicos ⁊ aromatarios oēs.Et illud remediū ſm
ꝙ ibi ponif eſt veꝝ ⁊ infallibile ad ꝓhibēdū fortē rigorē
horripilationē tremorē ⁊ frigus ſi trib⁹ diebus ꝯtinuus
ante p̄nᵐ cuiuſlibet paroxiſmi aſſumaf atqꝫ fricetur ſm
modū ⁊ ordinē imediate dictū.Et ego pluries experien/
tia ductus cōprobo ⁊ aſſumo.p̄miſſa tñ ſemꝑ in eius vſu
eūone vt decet.Sic ēt.ʒ.i.tyriace aſſumpta per horā an/
te p̄nᵐ paroxiſmi trib⁹ dieb⁹ ꝯtinuis eſt ꝯueniēs ⁊ exper/
ta.℃Si horripilatio aut rigor proueniret ex mā chole/
rica calida ⁊ acuta muſculos mordicāte:tūc fortes frica/
tiones ſeu pāni multe caliditatis ⁊ itēſiue vel inūctio ſu/
pradicta vel tyriaca vel alia multū calida:nullatenuſ cō
ueniūt:ſed mediocriter p̄parata ſufficerēt:⁊ iſta talia iu/
dicio eſtimatiuo periti medici derelinquo.℃Sꝫ p̄dicta
rubea trociſcata in frigore tremore horripilatione atqꝫ
rigore febriū tertianaꝝ notarū:ac ēt quartanaꝝ cū exceſ
ſiue perdurant ⁊ in proceſſu dictarū febriū euacuationi/
bus factis ē magis ꝯueniēs ⁊ laudāda.imo experta i di/
ctis accidētibus ſicut dictū fuit.℃Uomitus aūt in p̄nci
pio paroxiſmi cuiuſlibet febris:⁊ maxime quartane pe/
riodice ſeu tertiane atqꝫ quotidiane eſt qñqꝫ curatiuus
accidētiū p̄dictoꝝ.Non tamen violētatus eſſe debet cuꝫ
medicina forti atqꝫ laborioſa vomitū prouocante:ſed cū
re facili de vomitiuis leuibus dictis ſuperius

℃De prohibendo ſomnum in principio paroxiſmi.

Emorandū inſuper ꝙ ſomnus eſt prohiben/
dus omnino in principio cuiuſlibet paroxi/
ſmi ⁊ maxime ante aduentum accidentium
predictorum:⁊ multo plus cum adſunt acci/
dentia ſupradicta:niſi fortis cā reſolutionis
virtutis adeſſet:propter quā coacti ad ſomnū prouocā/
dum inducunf:vt ſuperius dictū eſt:⁊ inferius latius de/
clarabif.Ultimo eſt notādū ꝙ panni calidi preomnibuſ
ſupradictis remedijs ſunt laudandi ad remouendū ⁊ ꝓ/
hibendum accidētia ſupradicta abſqꝫ nullo diſcrimine:
proſequēdo tamē ſemper cū digeſtione materie facientis
febrē ⁊ ipſius euacuatione ſm ꝙ in qualibet egritudine
materiali precipitur nobis ab auctoribus medicine:ꝑut
⁊ ſicut fuit ſuperius declaratū in cura febriū putridarū.

℃De regimine ſudoris in febribus.

Oſt regimen accidētium quatuor predicto/
rum veniētiū eſt ad regimē alterius acciden
tis.vꝫ ſudoris ſuperflui quādoqꝫ ſupuenien
tis in febribus ex quo ſequitur ſenſibilis de
bilitaſ in v̄tute ex multa reſolutione ab ipſo
proueniēte.℃Sudor aūt factus in die cretica nō eſt re/
gulariter ꝯſtringēdus:niſi exceſſiue ſuperfluat reſoluen/
do virtutē ⁊ ipſaꝫ finaliter ꝓſternēdo.℃Debet.n.medi
cus cū ſupuenit ſudor añ oīa diligenter pergrere cum di
ſcurſu rōnis ſi ꝑfecta digeſtio preceſſerit in mā que p̄nci
paliter ex vrina cognoſcif:cū hoc etiam ſuccedat alleuia
tio in virtute cū bona tolerātia ifirmi cū certa ⁊ vera cō/
ſtantia pulſus:⁊ ꝙ talis ſudor fiat in die cretica ⁊ indica
tiua.℃Cū ergo iſta ſigna ꝯcurrūt ſudor eſt dimittēdus
vt ꝓſequatur ⁊ debite finiaf:imo ēt adiuuandus ſi expe/
dit cū his q̄ ſudorē prouocāt copioſum:de qbus dictum
eſtꝭ ſupius.℃Si aūt ſudor ꝯtrarius eueniat huic ſupradi
cto ſudori q cognoſcif ex ſignis ꝯ̄rijs:⁊ maxime ſi i ipſo
ſenſibilis debilitas ꝓueniat in virtute:ſicut ēt ſepe contin
git in ſudore diaforetico:talis ſudor eſt oīno a medico cō
ſtringēdus:paulatine tñ non ſubito cū debilioꝛib⁹ reme/
dijs incipiēdo:⁊ ſubſequēter cū fortioribus ſi expediūt.
Et ad reſiſtēdum huic ſudori:⁊ ipſum ꝓhibēduꝫ frigida
⁊ ſtiptica remedia ſunt illa que cōmēdantur in hoc regi/
mine ad refrenādū talem ſudorē ſuperfluum.℃Euenta
tio enim cū flabellis ⁊ alijs mouētibus aerē eſt vtilis ⁊
neceſſaria in camera patiētis ēt ſtando cū feneſtris aper
tis ⁊ aliqualis pānoꝝ ſubleuatio a corpore patientꝭ ſepe
facta vt alteref ad frigidū ēt eſt ꝯueniens.℃Potus inſu
per rerū frigidarū ſudore ſupfluēte ⁊ neceſſitate cogente
ꝯcedif eis:ſicut potus aque frigide cū iuleb vio.imo etiā
cū ſyrupo mirtino ⁊ aliqua abſterſio ſeu irroratio aq̄ ro
ſate ad faciē ⁊ ad pulſus brachiorū ⁊ pedū eſt expedienſ
ad reſiſtēdum huic ſudori ſuperflue debilitāti virtutem.
Et in dicto caſu cor ⁊ epar debēt ſepiſſime epithimari cū
epithimatibus ſuis frigidis dictis ſupius in cura febriū
acutarū.Immo ēt ꝙ plus eſt ſi'eſt expediens qñ aliter ſu
dor refrenari non pōt vt infirmus ſaluetur a morte lici/
tum eſſet talē patiētem ponere in aqua frigida: maxime
ſi alia remedia non ꝯferūt:ſed cū timore ⁊ cautela ⁊ pro
teſtatione de eo ꝙ ſuccedere poſſet tanq̄ꝫ de vltimato re/
medio.℃Inunctio inſuꝑ facta ad ſpinā totā ⁊ nucham
cū oleo roſato recēti:⁊ maxime ꝯſtructo ex oliuis imatu
ris ſeu ex oleo citonioꝝ vel mirtino admixto cum ſucco
plātaginis eſt cōueniēs ⁊ iuuatiua adminiſtrata ſemper
ſub actuali frigiditate cū inunganf loca p̄dicta.℃Ulti/
mo nōndum ꝙ talis ſic patiēs in quo ſudor ſupfluit pau/
cis pānis ⁊ leuibus eſt cooperiēdus ne caleſiat ab eis.
Eligēdo ēt camerā in terreno alteratam frondibus flori
bus:⁊ folijs frigidis numeratis ſupius ⁊ aſpſam aq̄ fri/
gida:ſeu irroratā aqua roſata.Et ſic etiā ſit regimē ei⁹ ci/
bi ⁊ potus alteratiuū ad frigidū quouſqꝫ ſudor minuaf
vel refrenef ⁊ virtus ⁊ vires ſuas nec ſumat vt decet.Et
iſtud ē regimē ſudoris ſupflui cū ad ſe curā vertit.

℃De fluxu ſanguinis narium.

Egimen fluxus ſanguinis nariuꝫ.℃Cū iſte
fluxus eſt creticus in die cretica indicatiua:
aut cretica radicali vt quarta ſeptima vnde/
cima vel decimaquarta vel cōſilī ⁊ p̄cedenti/
bus ſignis digōnis ⁊ virtutis ꝯſtātia non eſt
modo aliquo conſtringēdus:imo potius adiuuādus vt
fluat ſi expedit:niſi ſit adeo ſupfluus ⁊ excedēs ꝙ virtu/
tem ſenſibilr̄ proſternat oīno faciens infirmuꝫ ex multa
eūatione ſpirituum ⁊ ipſorum reſolutione tēdere verſus
mortē.℃In hoc tñ iudicio bñ cōſideretur cuꝫ rōnis di/
ſcurſu:ne contingat errare in ſubito cōſtringēdo talē flu/
xum ſanguinis creticū ēt ſi aliqualr̄ debilitaret. nā con/
ſtringi nō dꝫ vt dictū eſt:niſi ſit exceſſus ſuperfluus in de
bilitate virtutis:⁊ tūc ēt paulatine fiat ipſius retētio cū
timore ⁊ cautela p̄ueniendo cū ꝯfortatione virtutis ma
xime cū cibis ⁊ potibus cito reſtaurātibus ſpūm ⁊ ſan/
guinē.iuxta ſniam Hyppocratis:cū inquit.Accidētib⁹ ſu
peruenientibus virtutē diſſoluētib⁹ ilico cibus ē dādus.
Et cū confectionibus ēt ⁊ alijs alteratiuis ad frigiduꝫ ⁊

ſtipticū̄ vt ſanguis aliqualr̄ ingroſſeť ꝛ infrigidetur nē
ſic facilr̄ fluat. ℭ Pullus.n.piſtus vel diſtillatus:ꝛ pdix
ēt cib⁹ cōueniens in hoc caſu. Et vinū odoriferū:ꝛ ēt ver
naciū aliqualr̄ limphatū cū aqua ſimplici:ꝛ ſimul aſſum
ptū cū modico panis aſſi nō prohibeť pro ꝯfortatiōe vir
tutis qñqȝ in illo caſu. ℭ Cōfectio inſup laudabilis ꝛ cō/
ueniēs ad cōfortationez virtutis eſt illa q̄ fit ex ȥucharo
margaritis ꝛ aqua ro. ꝛ ſi addanť huic ſandali albi ꝛ ru
bei ꝛ corali erit magis conueniēs ad confortādū virtutē
ꝛ ad ſanguinē cōſtringēduȝ. ℭ Si aūt querimus adhuc
maiorē confortationē virtutis mēbrorū principaliū: tūc
conſtruať ꝛ fiat iſta ꝯfectio de qua infirmus pōt aſſume/
re ſepe. ℞.margaritarū pforataꝝ ꝛ nō pforataꝝ coraloꝝ
alboꝝ ꝛ rubeoꝝ ſandaloꝝ citrinoꝝ ſmeraldoꝝ iacintoꝝ
beriloꝝ ꝛ ȥaphiloꝝ limature auri ꝛ argēti añ.ptes equa
les fiat ꝯfectio cū ȥucharo damaſchino ꝛ aq̄ roſata. Et ſi
huic ꝯfectioni addanť aliq cortices citri mollificati i ȥu/
charo ꝛ minutim inciſi erit vtilior. ℭ Si aūt ſuperflua fe
brilis caliditas ꝛ exceſſiua nō prohiberet: laudarē vt di/
cta nunc ꝯfectio aromatiȥareť cū modico ambre:ꝛ qñqȝ
cū modico cinamomi ſeu ligni aloes ſm iudiciū medici
in hac pte periti. ℭ Siqs aūt vellet p̄dictam ꝯfectionem
vel quācūqȝ aliā de ſupradictꝭ imediate reducere ad for/
mam electuarij faciliter poſſet addendo ei plus de aqua
roſata ꝛ minus ȥucharū decoquēdo. Et ſic eodē mō cō/
fert aſſumptū ſepe ſicut ꝯfectio ſupradicta: imo etiā forte
plus ſi aſſumať vt decet cū vino odorifero ꝛ perfecto cū
aqua limphato:ꝛ qñqȝ cū aquis conuenientibus diſtilla
tis cordialibus vel alijs ſm exigētiam virtutis acciden
tis vel diſpōnis curādeꝫ ēt eodē modo ꝯfert ſi abſqȝ vllo
potu ſumať. ℭ Et hoc eſt notādū ꝙ predicte ꝯfectiones
non ſolū ꝯueniūt febribus in qbus adeſt virtutis debili
tas ex ſupfluo fluxu ſanguinis: ſed ēt ꝯueniūt in quacūqȝ
alia debilitate virtutis a quacūqȝ cā proueniente ēt ſi fe/
bris adeſſet aſſumēdo de p̄dictis ꝯfectionibus illā quaȝ
volueris ꝛ quātitatē ſufficientē conuenientē ſm exigētiā
ꝛ modū iaȝ dictū ſuperius remittēdo totū in iudicio me/
dici ſm ꝙ conſiderauerit expedire. ℭ Si autē fluxus ſā
guinis nariū quibuſcūqȝ febribus ſupueniēs. ꝛ maxime
in acuta febre non exiſtat creticus: ſenſibiliter tñ virtutis
debilitatiuus eſt conſtringēdus oio maxime ſi ſuperflue
proſequatur. Et p̄ cum fricationibus factis ad brachia
ꝛ ad crura:ꝛ cū ligaturis fortibus ꝛ vētoſis appoſitꝭ mō
ꝛ ordine:ꝛ i locis ꝛ mēbris:ꝛ prout:ꝛ ſicut late ſuperius
dictū fuit in regimine ꝛ cura rigoris horripilationis tre/
moris ꝛ frigoris dictas ligaturas ꝛ fricationes pſeuerā/
do ſm ꝙ fluxus pſeuerat. Sed qd̄ plus laudať ad fluxū
ſanguinis nariū ꝯſtringēdū eſt appoſitio magne vētoſe ꝛ
diu retēte ſup epar in hypocūdrio dextro vbi ē ſitus epa
tis. ꝛ maxime ꝯfert ſi fluxus ſanguinis a nare dextra ma
nabit. Si autē a ſiniſtra plus iuuat appoſitio eius ſuper
ſplene in hypocūdrio ſiniſtro in quo ē ſitus ſplenis: non
p̄termittēdo tñ qn ſemel reapponať ad epar vbi venarū
oiuȝ eſt origo. ℭ Et hoc eſt notādū ꝙ ſicut vētoſa poſita
ſup epar ꝛ ſplenē ꝯfert i quolibet fluxu ſanguinis nariū
emorroydarū ꝛ mēſtruoꝝ: ita vētoſa appoſita ad vtrāqȝ
mamillā mulieris verſus inferius:ꝛ maxime iuxta dex/
trā eſt ſūme cōueniens ꝛ plus alijs ꝯfert ſuperfluo fluxui
mēſtruoꝝ ēt pſequēdo cū appōne ipſius ad epar ſi flux⁹
non refrenať. Confert ēt vt dictū eſt iā in ſuperfluo fluxu
emorroydarū appoſitio vētoſe ad epar ſolūmō ꝛ nō infe
rius alibi. ℭ Fricationes aūt ꝛ ligature p̄dicte ꝛ appoſi/
tio vētoſarū oino ſunt ꝓhibēde coxis naribus ꝛ alijs mē
bris ꝛ cruribus inferioribus cū quęriť ſola cōſtrictio ſan
guinis mēſtrui ſeu emorroydarū: nam proſequēdo cum
eis in locis p̄dictis addetur in fluxu. Sed appoſite ſupe/
rius i ſpatulis ꝛ in hypocūdrio dextro ſeu ſiniſtro ꝛ fri/
cationes facte brachijs ꝛ manibus ꝯferūt ꝛ ꝯueniūt ad
diuertēdū de inferiorib⁹ ad ſupiora ſicut ſiñ mō cōueniūt
fricationes vētoſationes ꝛ ligature facte in inferioribus
mēbris qñ fluxus ſanguinis emanat a naribus ꝛc̄.

ℭ De cibo ꝛ potu.

REgimē aūt cibi ꝛ pot⁹ in oib⁹ iſtis patiētib⁹
fluxū ſanguinis ſupfluū virtutis ſenſibilr̄ de
bilitatiuū ſit boni chimi facilis digōnis ꝛ ci/
te reſtaurationis ad fridū alterati ꝛ ad ſtiptī
cū cū decoqtur cū lactuca vel mirto. ꝛ maxi/
me cū ſumach citonio ꝛ ſiñb⁹ iſtis. Et ſit vinū qd̄ bibitur
puū pōticū bñ liphatū cū aq̄ extinctionis calibis ſeu fer/
ri. ꝛ nō repleať talr̄ patiens vnica vice cibo vel potu: ſed
ipm diuidat in plib⁹ vicib⁹. Et pro ſiti extinguēda ſi ade/
rit vtať iuleb ro. limphato cū aq̄ p̄dicta vel iuleb mirti/
no eodē mō liphato:ꝛ qñqȝ vino granatoꝝ ꝛ granatis ēt:
imo prunis ꝛ ceraſis amarenis exiccatꝭ demū mollificatꝭ
in aq̄:ꝛ i ore retētis. Et ſi flux⁹ ſanguis nariū vel ali⁹ qcū
qȝ flux⁹ exiſteret abſqȝ febre ꝛ ſine multa debilitate v̄tu/
tis: tūc cibi viſcoſitatē hñtes ſūme laudantur in eis: ꝛ ſic
oēs cibi de paſta vt lagana ꝛ ꝟmicelli ſiue minutelli ſiue
frumētini ꝛ extremitates aialiū:ꝛ maxime pedes porci ꝛ
aures ꝛ griſſoni ipſi⁹ ſi digeranť ab eo. ℭ Si āt cū ſupra
dicto regimie fluxus ſanguis nariū refrenari nō pōt pſe/
quēdū ē ad localia ꝯſtrictiua vt ad nares caput ꝛ frōtē.
Primo petias infundēdo in aq̄ actualiter frigida cū mo
dico aceti permixta ꝛ illas ſepe ponēdo ad timpora ꝛ ad
frōtē ſepe ſepi⁹ iterādo: imo ſi flux⁹ pſeuerat embroceť pς
anterior capitis cū aceto pauco ꝛ multitudine aq̄: niſi ſit
timor maxim⁹ de deſcēſu catarri vel ipſi⁹ ꝯſtipatione i ce
rebro ꝛ de morte feſtina ex ēbrocatione p̄dicta. Et ſilr̄ ēt
ſi ad frōtē ꝛ timpora petie iſuſe i ſolo albumine oui ſepe
ſepi⁹ apponanť erūt vtiles ꝛ curatiue: ſicut ēt ꝯfert ſucc⁹
plātaginis ſcariole caude eqne vel ſucc⁹ ſolatri eodē mō
adminiſtrati cū petia ſup frōtē. ℭ Illud āt qd̄ vltimo lau
dať ad ſanguinē fluētē a narib⁹ ꝯſtringēdū ē gipſuȝ pmi
xtū ꝛ diſſolutū cū aq̄ ſimplici ſeu cū ſucco plātagis ꝛ em/
plaſtrū tīporib⁹ ꝛ ad frōtē. ℭ Ad idē ēt approbať expe/
rimēto veraci ꝯferre ſtercus aſini timporib⁹ emplaſtratum.
ℭ Laudať ēt inūgere nares ꝛ timpora cū quodā elċua/
rio poſito a Nico. in antidotario qd̄ dr̄ Atanaſia: diſſolu
to cū modico aceti ꝛ aq̄ plātaginis vt faciāt ipȝ penetra
re: imo ēt. ʒ.i. ipſi⁹ atanaſie aſſumpte p os cū aq̄ plātagis
ſūme laudať in ꝯfluxu ſanguis: niſi acuta febris aſſum/
ptionē ipſi⁹ ꝓhibeat. ℭ Sȝ ſup oia remedia gñalr̄ cōmē
datur ꝛ extolliť ab auctorib⁹ medicine:ꝛ maxie a Gale/
no 6° de igenio ſanitatꝭ ſi narib⁹ vñ fluit ſanguis fiat ſtuel
lū:ꝛ iuterius apponiť in nares factū ex pilis leporis per
mixtū cū albumine oui. ꝛ cum iſto puluere mirabilr̄ ſan
guinis ſit ꝯſtrictio ēt ſi a vulnerib⁹ fluat vel alibi vndecū
qȝ. Cui⁹ deſcriptio ē iſta. ℞.thuris: aloes: ſanguis draco/
nis: boliarmeni: terreſigillate: ſarcocole. ana ptes eq̄les
fiat oiuȝ pfecta cōmixtio ꝛ pulueriȥatio ꝛ adminiſtreť vt
dictū eſt. Aut cū iſto puluere. ℞.maſticis dragagāti: gū
mi arabici: boliarmeni: opij añ. ʒ.ij. mumie. ʒ.iij. terātur
ꝛ cribrenť ꝛ icorporeť hic puluis cū albumine oui ꝛ po/
nať ſup loco: aut p ſe abſqȝ albumine oui. Hic.n. puluis
ꝯfert vndecūqȝ fluat ſanguis. nā locū ꝯſolidādo doloreȝ
oēm mitigat ꝯtingēteȝ in loco. ℭ Et ſi pili leporis repirī
nō poſſent: tela aranea ꝛ maxie q̄ repiť in parietib⁹ molē
dini: aut q̄ repiť adherēs ad arcilē ſeu ad archā vbi fari/
na cicorriniȥať vigoroſius ſanguinē fluētē reprimit ꝛ cō
pellit. Et ſi p̄dictus puluis ſiccus ſine vllo liquore iſuffle
tur in narib⁹ idē fortius efficit ſanguinē ꝯſtrigēdo. Epi/
thima inſup epaticū:ꝛ ſic ēt epithima cordiale ſupi⁹ po/
ſita in cura febriū acutarū ſumme cōueniūt in ſuperfluo
fluxu ſanguinis nariū ſanguineȝ in epate ingroſſando ꝛ

caliditatē superfluā remittendo:sic et aq̄ ros. per seipsam epithimata sup epate:ac et aqua mirti est conueniēs ⁊ innatiua in casu p̄dicto. ¶ Ultimo pro cōpleta cura fluxus sanguinis nariū est recurrēdum ad q̄rtam fen tertij canonis vbi late de cura eius sermo cōplet. ¶ Et si flux⁹ sanguinis ex eius supflua caliditate atq̧ subtilitate adhuc p̄seueraret magis debilitādo virtutē ita q̄ ex ei⁹ p̄seuerantione timetur de morte infirmi:⁊ alia remedia supradicta pluries iterata nō ꝯferrēt:licitū eēt talē patientē in aqua actual'r frigida ponere vel saltē extrema omnia ad remittēdū ad posse acuitatē sanguinis supradictam.

¶ De regimine vomitus.

tas ⁊ spissitudo: ⁊ similiter anhelitus velox est etiam spis
sus. Liparia autem infestat de tertio in tertium: ⁊ primo
superueniunt allices ⁊ oscitationes: deide rigor: postea
frigus: deinde calor vel in medio caloris superueniūt fri
gus intollerabile in interioribus ex dissolutione flegma/
tis vel melancolie interioribus: ⁊ tunc ipsum calefa/
cit fe. circunstans ⁊ euidenter ex seipso cognoscitur: nam
sentit manifestam frigiditatem intra corpus ⁊ in exterio
ribus caliditatem ⁊ est cum interpollatione manifesta ⁊
vrina ei⁹ videtur discolorata ⁊ tenuis absqꝫ siti ⁊ pulsus
rarus est ⁊ tardus: ⁊ similiter anhelitus ⁊c.

¶ De cura empiale.

PRo cura empiale primo digeratur materia
cum syrupo acetoso composito ⁊ melle ro/
sa. colato cum aqua decoctionis radicum
feniculi petrosilli ⁊ apij. Postea purget cū
cassia fistula: ⁊ cum turbith preparati aut agarici prepa
rati. ʒ. i. dissolutis in aqua feniculi ⁊ buglosse. aut pur/
getur cum pillulis stomaticis alkindi. Aut cum ieralo/
godion. In tertia die fiat stuffa ex calamēto origano mē
tastro ruta folijs lauri ⁊ similibus. Exeunti de stuffa de/
tur equalis mensura auree alexandrine ⁊ tyriace vel mi
tridati in dosi. ʒ. i. s. vel detur cū vino decoctionis saluie
⁊ rute. Postquam desiccatus fuerit inungatur circa spi/
nam renes collum stomachum brachia tybias crura cū
hoc vnguento. ℞. succum feni. absinthij abrotani balsa/
mite agrimonie berbene añ. partes equales: decoquant
in oleo communi vsqꝫ ad consumptionem succorum. Si
autem hic non fuerit curatus reiteretur purgatio. Item
fiant scarificationes in tibijs ⁊ in cruribus. Et ventose in
ter spatulas ponantur. Comedat pullos perdices galli/
nas iuuenes ⁊ carnes edi conditas cum succo berberis
aut granatorum aut cum agresta: ⁊ cum puluere cinna
momi ⁊ cardamomi cum modico zinzi. Item vtatur spi/
nacijs feniculo mixtis ꝯditis cū lacte amigdalarum dul/
cium. Item succo ordei filr condito. Bibat vinū agreste
limphatum cum aq̄ passulaꝝ vel sebestē: aut vinū de gra
natis dulcibus: aut vinum mediocre limphatū cum aq̄
simplici cocta. Et vniuersaliter fiāt que diximus in cura
quotidiane fe. sero hora dormiendi sumat de dyarodon
abbatis: aut ꝫ rosata nouella ad modū castāee vel nucis:
⁊ cū eo bibat aquā decoctiōis sebestē aut passularum.

¶ De cura liparie.

Pro cura liparie pmo digerat mã cũ oximelle cõposito vel sqllitico vel cũ melle rosaceo. ℥.ij. pro singula vice in mane et ante cenam cũ aqua decoctionis radicum superius dictarum aut seminũ calidorum aut radicũ ciperi et fimi liuz. Postea purgetur cũ cassiafi. simul cũ agarici aut turbith. pparati. ʒ.i. vel circa aut cũ ieralogodiõ aut cũ pillulis stomaticis alkindi aut cũ pillulis fetidis. Jtẽ vtat electuarijs calidis et dyagalãga dyatritonpipereon dyacalamẽto dyãthos: sumẽdo de aliq eorũ ad modũ castanee i aurora. Et bibat post illõ modicũ boni vini puri odorifери aut modico aq̃ deco. sebestẽ et passulaꝝ. Dieb⁹ võ qeti sumat de trociscis rosaꝝ vel de spodio. Jtẽ i liparia fiat stufa seu balneũ de folijs salicis vineaꝝ violaꝝ plãtagis solatri et feniculi parum et absintbij ad aperiendum poros et bene fricet per totum corpus cum herbis: et tunc recipiatur in lecto et sudet. Jtem corpore existente adhuc calido et poris apertis inungatur corpus cum vnguẽto qđ sic fit de succo morelle et aceto añ. partes eq̃les: et olei tãtũdem bullitis vsq ad consumptionem succi: et tũc addatur cera alba et fiat vnguentum et hoc fiat ter vel q̃ter donec dissoluat feb. Jtem fiant scarificationes in anterioribus et posterioribus tybiarum. Et apponãtur ventose inter spatulas et supra renes. Cum autem soluta fuerit feb. iterato digeratur mã. s. flegma vel melãcolia cuz oximelle composito aut sqllitico et cũ melle rosato colato cũ aq̃ decoctionis dictarum radicuz et digesta mã purget vt supra. Et tertia die fiat balneum et detur aurea alexãdrina.

¶ Si enim remaneret mã in stomacho vel in intestinis posset esse causa colice vel iliace passionis et curatur vt vera quotidiana. Tamen in liparia debent fieri fomentationes vt in causone ad colere mitigationem addita balsamita pulegio basilicone et folijs lauri et fiat inunctio cũ oleis frigidis: vt cum oleo violato rosato lacte muliebri populeon et similibus. Debent enim dari calida intus et frigida extra. Et i hoc diuersificatur hec cura a cura empiale supradicte. ¶ Dieta ei⁹ sit talis. Bibat in principio aquã mellis vel aquã decoctionis radicuz et mellis. Nutriatur in principio cum aqua cicerorum vel cum succo ordei: et brodio caulium vel ficle: aut cum feniculo et spinacijs mixtis et conditis cum lacte amigdalaruz dulciũ. Si vero indigeret confortatione virtutis in processu nutriatur cum carnibus pulloꝝ perdicum gallinaruz iuuenum edi et arietis anatis coctis cum herbis dictis et conditis cum succo berberis vel succo granatorum: vel cuz agresta: vel cũ modico pulueris cardamomi et cinnamomi. Bibat vinum album odoriferum limphatum cum aqua simplici cocta vel non cocta: calida uel non calida sz q fuerit estas vel hyems aut limphatũ cũ aq̃ deco. passulaꝝ. Et sumat qñq hora dormiẽdi de tyriaca cũ aq̃ decoctiõis radicũ. ¶ Et si aliqs obijciat q i empiala si calescãt iteriora et exteriora frigescãt et eõ in liparia vt dcm̃ ẽ vt habetur in metro. Semper in empiala calescunt interiora. Exteriora frigent liparia vertitur illi. Nam cum fe. empiala et similiter liparia sit feb. deberet in eis calor extraneus procedere ex corde per totuz corpus: vt apparet per feb. diffinitionem. ¶ Dicendum est hic q quemadmodum deducto impedimento terra semper naturaliter descendit et ignis naturaliter ascendit: et per accidens quandoq natura terre vel ignis impedit. Jta fe. ois i eo q fe. procedit per suam nãm a corde in totum corpus: nisi per accidens a re frigida que nõ putrescit impediatur vt apparet in empiala et liparia. Et per hoc non sequitur q non sint feb. s. liparia et empiala. Nam vt inquit Auic. prima fen quarti capitulo de liparia. vbi ipse mouet hãc obiectionem ad veritatem diffinitionis feb. requirit vna conditio: videlicet q in corpore non sit quod prohibeat calidi expansionem in totum corpus.

¶ De tertia spẽ febriũ cõpositaꝝ que appellat fe. Erratica.

Tertia spẽs fe. cõpositaꝝ appellat fe. erratica q̃ causat ex multis et diuersis hũorib⁹ in diuersis locis putrefactis et adustis. Et nõ habent he feb. certũ modum: nec ẽt horã affligendi certã: sz inordinate sunt in suis accessionibus. aliquando. n. faciunt paroxismum de tertio in tertium. aliquãdo de quarto in quartum. aliquando de quinto in quintum. aliquãdo de sexto in sextuz. et aliquãdo affligũt in sero. aliquãdo in nonis. aliquãdo in nocte aliquãdo in die. Et vagantur semper in suis accessibus. Et ẽm plurimum multotiens in quartanas conuertunt: vt vult Hippo. 3ª pticula pronosticorũ: vbi dicit sic. Feb. vero inordinate vagantibus quartane sunt future et specialiter in autumno aut versus autumnũ &c. Accidit eni vt vna materia. s. flegmatica vel colerica aduraf versus autumnum aut in fine autũni et conuertit a sua specie ad speciem melãcolie: vnde sz q magis a sua specie recedit magis interpollat et tardius affligit nec certas horas obseruat quousq in quartanam conuersa fuerit. Unde dicuntur feb. erratice duobus modis. Uel q errant in mõ affligẽdi faciẽdo saltũ: sicut accidit cum primo affligit de tertio in tertium aut quotidie aut de quarto in q̃rtũ per tps aliqđ cõtinue et per tps post interpollatũ p aliqđ dies saltãdo: vt de mõ tertiane in quartanã vel ecõtrario. vel de q̃rtana ad quotidianã vel tertianaz vel eõ: vel magis iterpollat vel torquet hđ mot⁹ ad mot⁹ mãeꝝ diuersaꝝ. Uel dicuntunr erratice: q circulãdo affligũt suboccupãdo vel anticipãdo: et si hodie incipiunt in mane cras i tertijs postea i nonis q̃si circulãdo redeũt quousq in quartanam terminentur. Est tamen verum q iste feb. non errant in fe. sed quelibet sequitur motum sue materie: nobis autem videtur q errent ad modũ planetarum pp diuersitatem suorum paroximorum quam hñt pp suarum mãerum multiplicitatem et diuersitatem vt dictum est.

¶ Pro cura. Digerat materia sumendo pro qualibet vice ℥.ij. oximellis cõpositi aut oximellis sqllitici. ℥.ij. cuz aq̃ decoctionis ciperi acori aut capari. Ungatur sepe splen et stomachus patientis cũ oleo de spica cum modico aceti. Jn die võ accessiõis añq̃ accessio veniat p horas duas vel tres si cõtingat diem illaz pcognosci comedat đ succo ordei aut de aqua ciceꝝ in quibus ponat de puluere cardamomi et cinnamomi. Et bibat de vino odorifero claro limphato cũ aq̃ decoctionis radicũ. Diebus võ maioris qetis comedat carnes pulloꝝ pdicũ gallinaꝝ arietis annualis: et edinas coctas cũ spinacijs et feniculo: aut assatas et cõditas cũ pulñe spẽꝝ dictaꝝ et succo berberis aut vino granatoꝝ aut agresta: et post bibat vinũ odoriferũ claꝝ puũ limphatũ. Digesta mã purget cũ medicinis mũdificantib⁹ flegma melãcholiam et materiam adustã: vt sunt pillule fetide aut pillule stomatice alkindi: aut medicine alie in forma patiẽtis: de qbus in precedentibus capitulis flatica et q̃rtana febre habitum est. Semper in sero hora dormiendi in diebus in qbus nõ sumit medicinã solutiuã sumat de dyagalãga aut de aromatico rosato: đ aromatico gariofilato aut de dyamusco ad moduz castanee vel nucis: et bibat post hoc aliquid boni vini parum tamen. Jn processu võ trãsactis pluribus accessionibus. Et post digestionẽ et minorationem et euacuationem materie sumat in die accessionis in aurora. ʒ.i. vel. ʒ. tyriace antique sine cum vino calido pauco: calefaciet enim ma-

teriam que remansit ꝛ resoluet ꝛ consumet eam ꝛ fiet accessio minoris intensionis ꝛ in durabilitate minori ꝛc.

¶ De febre quintana sextana septana.

Quarta species feb. cōpositaꝝ est sicut qntana sextana septana nonenaria ꝛ decimana. Et qdā testificanť se vidisse acceptionem febris de āno in annū: alij de septimo in septimū: de qb⁹ supsedem⁹ ad notiores trāseuntes. ¶ Fiunt aūt he fe. ex mixtione humoris flatici nālis vel inālis cū melia vincēte flate in tali mixtione: aut vincente melia: aut eq̄li stāte mixtione illoꝝ duoꝝ humorū: ipsis q̄nq̄ adustis: ꝛ q̄nq̄ nō adustis exn̄tib⁹. ¶ Ubi intelligēdū ꝙ fla ꝛ melia q̄n ꝯponunť ꝛ miscētur adinuicē faciunt feb. Et hec compositio aliquando fit ex flate nāli ꝛ melancolia. Et aliq̄n ex acetoso ꝛ melia. Et aliq̄n ex vitreo ꝛ melia. Et ita de alijs ſʒ diuſitatē cōpōnū. Et aliq̄n interpollat plus. Et aliq̄n minus. Affligit ergo aliq̄n de sex diebus in sex dies: aliq̄n de septē in septē: aliq̄n de nono in nouē: ꝛ aliq̄n moueť mā de mēse in mēsem: ꝛ aliq̄n de anno in annuʒ. ¶ Fit ergo quintana hoc modo: miscetur flegma nāle cū melācolia: sed cū flegma ex se sit viscosum ꝛ melācolia dura spissa ꝛ grossa generatur quoddā viscosum magis ꝯpactū nō obediēs motui: vnde nā plus moratur ad illud resoluendum: ꝛ febris ex eo ꝯsurgens plus interpollat vna die cum q̄rtana: q2 quod ex viscositate ꝓducit viscosius ꝛ durius ꝛ cōpactius reddit: nā ex flegmate hʒ viscositatē ꝛ ex melācolia hʒ siccitatē ꝛ terrestricitatē ꝛ grossitieʒ. ¶ Itē sextana hac ratione tardius affligit. s. de sexto in sextū: nam sextana consurgit ex commixtione flegmatis acetosi ꝛ melācolie: ꝛ tale mixtuʒ est tanto fridius ꝛ magis compactum inquātuʒ flegma acetosum est frigidius flegmate naturali: vnde materia talis cōpactior est ꝛ magis inobediens: ideo tardius moueť.

¶ Septana v̄o febris cōsurgit ex cōpositione flegmatis vitrei ꝛ melācolie. Et inquātū flegma acetosum excedit nāle intantū excedit acetosuʒ a vitreo: iō mā est ꝯpactior ꝛ frigidior: ꝛ iō tardius moueť. s. de septimo in septimū.

¶ Nonenaria ꝯficiť ex ꝯmixtiōe flegmatis vitrei ꝛ nālis ꝛ melancolie: ꝛ quanto ex frigidioribus fit ꝯmixtio tanto fit maior cōpactio: ꝛ iō mā reddit adhuc frigidior ꝛ cōpactior: ꝛ ex ꝯsequēti adhuc tardius moueť. ¶ Decimana fit ex cōmixtiōe flegmatis vitrei ꝛ acetosi ꝛ melācolie ꝛ h̄ cōmixtū q2 sūme ꝯpactū est ꝛ sūme nāe odiosum tardissime moueť. ¶ In hoc oriť dubitatio q̄re. s. non sit febris octaua sicut reliq̄. ¶ R̄ndetur ꝑmittēdo ꝙ sicut sol q̄tuor facit mutationes ꝛ innouationes in anno: ſʒ q̄s q̄tuor anni tpa distinguunť. Ita luna singulis mensibus tot facit mutationes ſm q̄tuor q̄dras. Quia in prima q̄dra inouat seu imutat corpa ſm calidū ꝛ hūidū. In scd̄a ſm calidū ꝛ siccū: vñ fit ebullitio in corpibus a caliditate ꝛ siccitate. In tertia quadra immutat corpora ſm frigidum ꝛ siccū. In quarta ꝛ vltima ſm frigidum ꝛ humidū q2 tūc est hyems lune. Et sic in singulis septimanis fit motus ab ipsa luna. Et natura tunc fortius mouet cū ab extrinseco: tunc fortius moueatur: vnde cū septima die fortior fit eius aspectus forti⁹ mouet nām: vnde in septima magis manifestat suos mot⁹ ꝛ effectus. Si ḡ in septima suū motū explere nō possit nā quasi victa cadit ꝛ fatigata in octauo ꝛ nō moueť: sed iacet. Et pp̄ h̄ non ꝯtinuauit Hippo. septimū diē cū octaua pp̄ discontinuationē oppositionis nāe. Uñ refert Gal'. se nō vidisse crisim ad bonuʒ in octaua die. Sʒ de sexta refert se vidisse crisim ad bonū ꝛ nō recidiuasse: q̄d nō dicit de octauo. Dies. n. nō cretici nō dicitur a ꝑuatione crisis: sed a ꝑuatione frequētie crisis. Pʒ ḡ q̄re nā nō mouet nām in octaua die nec fit fe. in 8. ¶ Itē oriť alia dubitatio q2 videť ꝙ ex cōmixtiōe flegmatis nālis ꝛ melie poti⁹ cōsurgat fe. tertiana q̄ȝ qntana q2 tale cōmixtuʒ cōponiť ex mā melica q̄ affligit de q̄rto in q̄rtū: ꝛ ex mā flegmatica que affligit de die in diē: ſʒ oē cōpositum sapit nām suoꝝ cōponētiū: igitur hoc tale cōmixtū est mediū inter illas nās illoꝝ duoꝝ humoꝝ: ꝛ per ꝯñs tardius dʒ moueri flegmate ꝛ citius melia ꝛ sic moueri dʒ ad motū colere: ꝛ ꝑ ꝯñs feb. a tali cōmixto dependēs affligit ad modū tertiane. s. de tertio i tertiū. ¶ Ad h̄ respondeť ꝙ tale cōmixtū nō est mediū illoꝝ duoꝝ hūorum nec habet nām mediam inter nās illoꝝ: sed cum ex flegmate hēat viscositatem ꝛ ex melia siccitatē ꝛ terrestricitatē q̄ operanť maiorē partiū cōpactionē resultabit q̄ddam multū viscosum ꝛ grossum ꝛ cōpactū magis inobediens motui q̄d tardius colligiť ad locū putrefactiōis ꝛ tardius ad putredinē moueť ꝛ putrescēs tardius resoluitur pp̄ ei⁹ maiorē viscositatē frigiditatē ꝛ partiū suaꝝ cōfortationē seu cōpactionē. Auic. aūt ꝛ multi alij sapiētes dicūt ꝙ haꝝ febriū mā est homogenea māe quartane ꝛ ꝯformis ꝛ vnius generis cū mā quartane. est enim materia melācolica q̄ grossitie ꝛ viscositate sua tardat motuʒ suū. ¶ Et vlterius dicit Aui. ꝙ est grossior ꝛ paucior q̄ȝ mā quartane: cui⁹ rō est: q2 est tardioris motus q̄ȝ mā q̄rtane. nā grossities ꝛ paucitas maior fuerūt esse necessarī uni vt paroxismus fit tardior: ꝛ vt illa feb. que fuit quartana fiat quītana. maior nāq̄ ḡssities ꝛ maior māe paucitas est cā vt ipsa mā tardius cumuleť ꝛ tardius putrefiat ꝛ tardius vtutē stimulet. ¶ Et vlterius vult Auic. ꝙ lʒ multe sint species melancolie: tñ vt plurimū iste febres fiunt ex mā flegmatica. i. ex melācolia generata per adustioneʒ flegmatis ex eo ꝙ flegma multā hʒ viscositatē pp̄ quā pōt ꝯburi ꝛ fieri melancolia: ita ꝙ faciat quartanaʒ. Et si amplius aduriť ꝛ terrestrificeť faciet quintam ꝛ sextā ex eo ꝙ adhuc hʒ hūidū q̄d pōt putrescere ꝛ euaporādo esse pōt vehiculū caloris febrilis. q̄d nō sic ꝯtingeret de alijs humoribus ex eo ꝙ in eis non est tātū humiduʒ ꝛ ita tenax vt in flegmate sicut carbones ex lignis viridibus facti magis emittunt flamā q̄ȝ facti ex lignis siccis. ¶ Ex dictis elici pōt responsio ad vnā obiectionē quam facit Aui. ꝑma fen quarti capitulo de qnta sexta ꝛc. Naʒ aliquis posset obijcere ꝙ si esse feb. quintana ꝙ necesse ē ꝙ sit mā quita seu qntus humor ꝑter humores quatuor primos. Cum ita sit ꝙ periodicatio hūoris sequiť formā specificā ipsius humoris: nō absolute: sed cū determinata quātitate ꝛ determinato modo substātie. Et iō pōt aliqua materia humoralis non variata in sua forma specifica varijs modis periodicare: vt nunc de quarto in q̄rtū: nūc de quinto in quintū: vel de sexto in sextū ꝛc. ꝑ solam variationē quātitatis ꝛ modi substātie eiusdem māe: potest nāq̄ flegma adeo ingrossari ꝛ paucificari ꝙ periodicabit de tertio in tertiū de q̄rto in q̄rtū: vt inq̄t Aui. capi. allegato. Pariformiter hoc proportionaliter ꝯcedēdū ē esse possibile de ipsa melancolia. ¶ Pro cura haꝝ feb. recurratur ad capitulū de feb. quartana ꝛ de flegmatica.

¶ De febre emitritea.

Quinta spēs feb. compositaꝝ est feb. emitritea que sic diffiniť. ¶ Emitriteus est feb. facta ex vno humore putrescente intra vasa ꝛ alio extra vasa putrescente: quorum alter semper est colera: ꝛ sic est feb. composita ex continua ꝛ interpollata: quarum altera semper est tertiana: vnde dicitur emitriteus ab emi quod est medium: ꝛ triteus tertiana: vnde emitrite⁹ quasi tertiana febris: cuius vna pars semper in compositione debet esse tertiana. ¶ Et est aduertendum ꝙ quāuis vnus humor pu/

trescat ex̄ vt colerā ⁊ flegma intra: non tamen sunt due febres scilicet quotidiana ⁊ tertiana. nam ex materia in venis putrescente: ⁊ ex materia extra venas putrescēte nō causatur nisi vnica distemperantia cordis seu vna febrilis discrasia ex eo ꝙ fumus qui resoluit̄ ⁊ eleuatur a materia putrescente in venis petens cor ponit se cum fumo qui resoluitur ⁊ eleuatur a materia putrescente extra vasa ⁊ ambo simul petunt cor ⁊ ipsum simul ⁊ semel inflammant. Unde licet duplicetur materia ⁊ augeatur discrasia: tamen non sunt due febres: sed vna feb. tantum licet sint due materie quarum vtraqꝫ sufficit ad inducendū fe. per se. Et sic est vna feb. continua ratione materie putrescentis intra vasa ⁊ ratione materie putrefacte extra vasa. Nec est ibi aliqua feb. interpollata cum semper feb. formaliter sit in effectu ⁊ in actu siue vtraqꝫ materia putrescat: siue altera tantum intra vasa putrescat. Impossibile est nāqꝫ plura accidētia solo nūero differētia non facientia vnum esse in subiecto eodem adequate.

¶ Sed cum infinite quasi esse possint feb. composite: non tamen intendimus hic de omnibus talibus propter ipsarum multitudinem: sed solum de tribus notioribus: ⁊ frequentioribus ad quas tres tanq̄ꝫ magis notas: omnes alie reduci possunt. ¶ Distinguuntur itaqꝫ a doctoribus ⁊ magistris tres species emitritei: scilicet minor emitriteus: medius ⁊ maior. ¶ Et est discrepatio inter doctores ⁊ magistros quis humor putrefiat intra vasa: ⁊ quis extra in tribus speciebus emitritei. ¶ Salernitani ponunt in minori emitriteo coleram intus putrescere ⁊ flegma extra. In medio econtrario. Et in maiori colera intus putrescere ⁊ melancoliam extra. ¶ Et de hac opinione fuit Platearius: ⁊ Joannes de sancto Paulo. Idē voluit Constantinus. Et istud probant auctoritate Gal. in passionario sic inquiens. Emitritei sunt tres medius: maior: ⁊ minor. Medius est q tertiane coniungitur. Maior qui q̄rtane. Et minor quotidiane. Nam vt ipsi dicunt in omni emitriteo ille humor putrefit extra vasa: qui est materia illius feb. interpollate cui adiungitur. Hic est ꝙ minor emitriteus qui quotidiane coniungitur habet flegma putrefactum extra ⁊ quotidianū paroxismum ⁊ typum. Et medius qui tertiane coniungitur habet colerā putrefactam extra: ⁊ paroxismum tertianarium ⁊ typū. Et maior qui quartane coniungitur melancoliam habꝫ putrefactam extra ⁊ paroxismum quartanum ⁊ typum. Unde Gal. dicit i passionario ꝙ minor emitriteus habet typum quotidiane medius tertiane ⁊ maior quartane. Sed vt dicit Constantinus: typus est illius materie que putrescit extra venas. In minori est materie quotidiane scilicet flegma. In medio tertiāe scilicet colera. In maiori quartane scilicet melancolia. ¶ Alij doctores ⁊ magistri omnes nostri temporis tenent opinionem cōtrariā dicentes: ꝙ in minori putrescit flegma intus ⁊ colera extra. In medio econuerso. In maiori melancolia intus ⁊ colera extra. Predictam sectā triplici ratione infirmant ⁊ destruunt: ⁊ vna sūpta a ratione determinationis emitritei. alia a ratione afflictionis. ⁊ tertia a ratione vrine. A ratione determinationis emitritei sic auctoritate Gal. in passionario dicentis: ꝙ minor emitriteus determinatur per litargiam. Et medius per frenesim. Litargia autē est apostema flegmaticum in posteriori parte cerebri factum per ebullitionem flegmatis quod per venas raptū habet ad locum illum. Et frenesis fit per ebullitionē colere que raptum habet per venas ad anteriorem partē cerebri. modo materia non rapitur nisi in cōtinuis: ergo in minori emitriteo est continua de flegmate ⁊ in medio est continua feb. de colera. Ratione afflictionis idem ꝓbatur. nam minor emitriteus dicitur minor ratiōe remissionis afflictionis: modo acutior afflictio ⁊ intensior ꝭm eos esset in minori emitriteo q̄ꝫ in medio. Quanto enim materia putrefacta intra venas est calidior tanto afflictio est acutior ⁊ intensior: vnde cum qualibet continua possit dici acuta. illa tamen que est de colera precise dicitur acuta. Ratione dispositionis vrine sic: quoniam ꝭm eos cum colera putrescit in venis in emitriteo minori: ⁊ flegma extra: ⁊ in medio econuerso: ⁊ cum sit calor acutior in minori deberet in eo esse intēsior vrina seu magis colorata ⁊ tincta quod non est rationale. Colera nāqꝫ in vasis putrescens sine contradictione videtur fortius colorare vrinam: ⁊ per consequens semper intēsiorem reddit vrinam q̄ꝫ extra vasa putrescens: quod patet experimento. coloratur enim vrina magis in tertiana continua q̄ꝫ in simplici tertiana interpollata. Item magis colorat̄ vrina in tertiana continua q̄ꝫ in quotidiana cōtinua. Cū hic colera ibi flegma intra putrescat cum ergo ꝭm eos ⁊ nos coloratior vrina sit in medio q̄ꝫ in minori emitriteo in medio est colera putrescens intra ⁊ in minori flegma est intra putrescens: ⁊ in medio flegma extra: ⁊ in minori colera extra: quod fuit dicendum. ¶ Sunt itaqꝫ species tres emitriteorum. Prima species scilicet emitriteus minor causatur ex quotidiana continua ⁊ tertiana interpollata. Secunda species scilicet medius emitriteus causatur ex continua ⁊ tertiana ⁊ quotidiana īterpollata. Tertia autem species scilicet emitriteus maior causatur ex quartana cōtinua ⁊ tertiana interpollata. Unde versus.

Minor emitriteus in venis flegma recondit. Exterius choleram medius conuertitur illi. Pessimus humor inest in venis fel coquitur extra.

¶ Auctoribus autem superius allegatis sic respōdetur a tenentibus hanc vltimam opinionem. ¶ Primo auctoritate Gal. Minor emitriteus coniungitur quotidiane. Intelligitur cōtinue quod alij intelligūt interpollate. Uel alio modo minor coniungitur quotidiane ꝭm principalitatem materie. nā licet due materie sint in emitriteis. In minori ꝑncipalior materia ē materia quotidiane: ⁊ ita minor emitriteus cōiungitur quotidiane continue ꝭm materiam flegmaticā putrefactam intra vasa: ⁊ medius tertiane continue ꝭm materiam colericam putrefactam intra: ⁊ maior quartane eadem ratione. ¶ Item ad illud quod dicit Gal. ꝙ minor habet typū quotidianum. Dr̄ ꝙ per typū non intellexit frig⁹ seu rigorē q̄ cōtingūt in ꝑn° paroxismi quotidiane interpollate. Sꝫ per typum intellexit q̄ꝫdā leuē caloris nālis retractionē que fit i ꝑncipio exacerbatiōis in ꝯtinuis feb. ⁊ ꝑ paroxismū intellexit nō paroxismū ꝓprie sumptū q reperit̄ in solis īterpollatis feb. Sꝫ ītellexit exacerbationē que reperitur in febrib⁹ ꝯtinuis ꝓportionalibus. ¶ Posset ēt dici ꝙ q̄tuor sunt species emitriteorum. Et ꝙ prima species cātur ex quotidiana ꝯtinua ⁊ tertiana īterpollata. Et scd̄a ecōtra. Et tertia ex tertiana ꝯtinua ⁊ quartana īterpollata. Et quarta species ecōtra que est pessima que vocatur emitriteus maior. ¶ Auicēna autē voluit ꝙ ois emitriteus eēt de colera ⁊ flāte: ⁊ ꝙ nullus emitriteus est de melācolia ⁊ colera: q: rarissime est q̄rtana simplex continua. Quanto igit̄ minus reperiet̄ cū alia feb. de humore sibi ꝯtrario. Et Auicen. appellat minorē emitriteum pur̄ ⁊ ver̄. Alij vero appellauerunt verum ⁊ purum emitriteum mediū. Sed in hoc non est superflua occupatio habenda. ¶ Nos vero dicere possumus ꝙ minor emitriteus est prima species emitritei veri: sed propter hoc non excluditur quin medius sit verus emitriteus. Uel sic vocatur verus emitriteus cuius pars materie est materia tertiane siue continue siue

interpollate: vnde emitriteus dicitur quasi media tertia/
na eo ꝙ habet partem mediam siue materiam tertiane.
Non verus dicitur cuius materie non est pars materia
tertiane. Ut si flegma putrescat intꝰ ⁊ extra: aut cholera
putresceret intus ⁊ extra: aut flegma intus ⁊ melancho
lia extra aut econuerso.

¶ Cause vero emitriteorum sunt mutationes subite ⁊ ma
gne in temporibus anni a calore ad frigus vel econ//
tra: q̄ꝛ tunc continens mutat contentuꝫ ad suam crasim.
Et quandoq̄ꝫ eadem die est calor ⁊ frigus. Et in eadem
mensa accipere fructus frigidos vel pisces. Uel lactici/
nia statiꝫ post allea porros ⁊ cepas. Et superfluus potꝰ
vini vel aque multum frigide preter consuetudinem. Itē
comestio superflua lactucarum portulacarum ⁊ similiū.
Item superfluus vsus specierum calidarum ⁊ diuretica/
rum. Item post prandium super indigestū comedere cru
da aut comedere salsa aut frixa cum potu frigido vel cuꝫ
salsamentis frigidis ⁊ consimilia. Et motio magna super
repletionem. Et coitus multus cum comestione reruꝫ ca
lidarum siccarum: q̄ꝛ credunt confortare ⁊ desiccant ⁊ de
struūt. Ista omnia sciuntur per iudicium patientis. ¶ Si
gna. Minor emitriteus cognoscitur per hoc ꝙ si colera
putrescit extra venas singulis tertijs diebus habet egro
tans rigorem tertiane ⁊ continuum typum quotidiane.
talis. nāq̄ꝫ patiens continue affligitur: ⁊ semper accessio
eius intenditur circa occasum solis ⁊ calor circa noctem
multiplicatur: ⁊ nunquam mundificatur patiens a fe. ⁊
afflictione febrili: ⁊ facies ⁊ oculi tumescūt minus tamē
q̄ꝫ in flegmatica pura: ⁊ habet infirmus pulsum paruum
⁊ velocem ⁊ spissum cum quadam mollitie. Et alia hora
affligitur manifeste de tertio in tertium diem cum rigore
⁊ specialiter circa horam tertiarum vel post horaꝫ tertia
rum. Et si est tertiana vera in compositiōe durat accessio
circa horas. xij. Si autem non vera fuerit durat accessio
que cum rigore incipit. Et que fit de tertio in tertiū plus.
xij. horas non multum. Et si tertiana pura fuerit in com/
positione omnia accidentia significantia tertianam sunt
magis acuta ⁊ magis itēsa ⁊ breuiꝰ finiūt. In nō pura vō
durāt lōgiꝰ: ⁊ magis remissa vt sūt sitis ⁊ cauma rigor ⁊
oris amaritudo ⁊ silia significātia sup dn̄iū colere. ¶ Uri
na vero in quolibet emitriteo semp liuida q̄si vi. ¶ Uri/
na autem ruffa in colore confusa ⁊ spissa manifeste liuēs
superius liuore vergente ad albedinem seu flauedinem
minorem emitriteum significat qui est de quotidiana cō
tinua ⁊ tertiana interpollata. Sed hora accessionis cole
re: ⁊ post accessioneꝫ fit magis colorata q̄ꝫ ante: ⁊ tunc
pulsus infirmi hora caloris post rigorem fit magis velox
⁊ spissus ⁊ durus cū minori diuersitate propter eq̄tioneꝫ
inductam ex qualitatibus colere super cōtrarietate fleg/
matis. Colera nāq̄ꝫ est calida ⁊ subtilis: ⁊ flegma frigidū
⁊ grossum. Et propter hoc vnus humorum eorum ex cō
trarietate sua est alterius repressiuus. Unde quanto ma
gis alter eorum superabundat tanto magis alterum re/
primit ⁊ minus est periculum. Quanto vero magis ade
quatur s̄m potentias tanto maius est periculum: ⁊ quā/
do medio modo adequatur: medio modo est periculuꝫ.
Et aspera lingua appet ⁊ citrina vel nigra multotiēs: ⁊
significat ꝑprie sup continuā afflictionem. Et patit infir
mus nauseam ⁊ defectionem appetitus. Et est hec febris
composita timorosa durans vsq̄ꝫ ad. xx. vel. xl. dies s̄m
plurimum: ⁊ quandoq̄ꝫ extenditur vsq̄ꝫ ad septimum mē
sem: ⁊ supra vt inquit Auicen. prima fen quarti capitulo
de emitriteo ⁊ eius causis: quamuis s̄m plurimum acci/
dentia tertiane euanescant aut minuantur ante dies. xx.
vel. xl. Et fit sudor manifeste de tertio in tertiū dieꝫ absq̄ꝫ
ꝙ feb. ex toto remouetur. Et incurrit in augmento paro/
xismi tertiane alienationem ⁊ vana loquitur plus q̄ꝫ in
tertiana simplici pura nō composita. Quod si colera pu/
trescat intra ⁊ flegma extra vt in medio emitriteo quoti/
diane infirmus habet paroxismum cum frigore merito
materie febris flegmatice interpollate: ⁊ in tertijs diebꝰ
semper magis affligitur cum in illis duobus tertijs die/
bus duas habeat accessiones quotidianam. s. ⁊ tertianā.
Et vrina eius apparet ruffa vel subruffa in colore confu
sa in substātia liuens superius liuore vertente ad virorē
talis nāq̄ꝫ vrina significat medium emitriteum. extremi
tates velociores sunt ad caliditatem. sitis maior ⁊ vomi
tus colere sudor magis exuberans. ⁊ vrina vehementiꝰ
tincta. plus vigilat infirmus ⁊ minus tolerat feb. istam.
Et paroxismus flegmatice venit cum modica feb. Et ve
nit cum stupore ⁊ somnolentia ⁊ grauitate circa oculos.
Et iterato post veniunt vigilie sitis calor ⁊ sudor. ¶ In
maiori emitriteo qui ponitur fieri ex melācolia intra va
sa putrescēte ⁊ ex colera extra sunt vrine in colore remis/
se adest timor ⁊ solicitudo ⁊ grauitas in parte sinistra ⁊
falsa somnia ⁊ terribilia ⁊ inquietudo maxima vigilia su
perflua ⁊ fantasie multe ⁊ sudor plurimus. deinde venit
paroxismus colere. ⁊ vrina est in colore incensa. sitis ma
gna calor multus vigilie vomitus ⁊ sodor. ¶ Nunc est
tempus vt ad curam redeamus. sed de tertia spē nō intro
mittamus aliquo modo: sed soli deo relinquatur cuius
nāq̄ꝫ cura est inuocare auxilium diuinū qui sanat omnes
languores nostros. ¶ Medius autem ⁊ minor emitrite
us non sine magna difficultate curantur. nam eos potius
diuina q̄ꝫ humana manus curabit. Habita āt multa cōsi/
deratione q̄ mā putrefiat intra ⁊ e ex̄ s̄m omnia accidē/
tia ⁊ pulsum ⁊ vrinam ⁊ typum ⁊ modum paroxismi ⁊
s̄m ipsius paroxismi accidentia: semper insistendum est
fortius ceteris paribus circa materiam putrescentem in
tra vasa q̄ꝫ extra: q̄ꝛ illa facit morbum periculosiorem ꝓ
pter continuitatem putrefactionis. Unde quāuis in om/
ni emitriteo medicine debent esse composite: plus tamen
ceteris paribus addendum est in medicinis cōtra discra
siam que est intus. Item in qualibet emitritei specie par/
ticularibus conuenientibus fiat a principio flobotomia
vt in prima aut secunda aut tertia die. dico notanter par
ticularibus conuenientibus vt si virtus etas consuetudo
⁊ corporis habitudo conueniant ⁊ cōsentiant. Alijs die/
bus mane dabis syrupum acetosum. Et si materia sit in
ore stomachi purgetur cum vomitu. Et si adsit constipa/
tio vētris fiant suppositoria aut clisteria aut cetera leuia
beneficium ventris prouocātia ⁊ detur zucharum viol.
cum aqua decoctionis petrosilli radicum feniculi liqui/
ri. ⁊ similia alibi superius dicta vt syrupum viol. cum
decoctione prunorum ⁊ his similia. ¶ In emitriteo ergo
minori competunt que dantur contra continuaꝫ ⁊ tertia
nam interpollatam mixtim in potionibus. Est itaq̄ꝫ infir
mus soluendus cum medicinis respicientibus flegma ⁊
coleram hoc modo. Si flegma abundauerit super cole/
ram quod plurimum contingit addendum est in medici
nis flegmatis super medicinis colere. Et si econtra q̄d
raro contingit addendum est in medicinis colere super
medicinis flegmatis. Si vero equaliter timueris de ma/
litia flegmatis ⁊ colere. medicine in compositione equa
les esse debent. Mundificetur ergo a principio cum
medicina que fit ex tamarindis ⁊ manna ⁊ cum modi/
co turbith preparati vel dyafeniconis cum decoctione
communi recenti aut cum infusione reubarbari ⁊ mira/
bolanorum kebulorum simul cum cassiafi. ⁊ tamarin//
dis vt scis ⁊ superius dictū est. Premisso tamē digestiuo

per plures dies vt syrupo acetoso aut oxisachara cum melle ro. col. cū aq̄ decoctionis prunoꝝ ⁊ filium. Et post diē decimūq̄rtū cū signa digōnis apparuerit aut post. 20. dies mūdificet cū pillulis stomaticis p̄me vel scđe descriptionis aut cū pillulis aggregatiuis. Et semp dem⁹ medicinam que vtrunq̧ humorē purget. scꝫ. coleram ⁊ flegma. Item potest fieri medicina proprietate valēs quā ponit Serapio capitulo de iusquiamo. vbi dicit ꝙ quando dantur tria vel quatuor ex folijs iusquiami curāt se. empialam in qua calor ⁊ frigus simul sentiuntur. Et q̄r emitriteus est huiusmodi propter compositionem hūoris calidi ⁊ frigidi ideo plus competit hic talis medicīa. ¶ Itē in libro de proprietatibus rerum dicitur ꝙ smeraldus suspensus ad collum patientis curat emitriteum. Et medius emitriteus eodem modo curatur. Sed q̄r tertiana cōtinua est intra ⁊ quotidiana extra frigidiora aliquantulum sunt danda: dieta eorum sit ptisana ordei bene cocta condita cum lacte amigdalarum dulcium. Et ferculū factum ex spinacijs ⁊ boragine ⁊ feninulo. Et si virtus fuerit debilis ius pulli optime cocti cum farina or. ⁊ post pistati ⁊ colati detur. ¶ Et in mitriteo medio fiant omnia localia que dicta sunt in tertiana ⁊ synocho ⁊ causonide. Et s̄m Auicē. nutriatur ex succo facto ex farina ordei vł farri condito cum lacte amigdalarum dulciuꝫ in qua aliqua virtus piperis ponatur hoc modo. Accipiatur aliquid piperis pistati grosso modo ⁊ ligetur in petia ⁊ dimittatur bullire cum cibo vsq̧ ad perfectam decoctionē ⁊ tunc remoueatur petia cuꝫ pipere a cibo ⁊ hora comestionis ponatur super cibariuꝫ vel ptisanam. Posset etiā comedere panem infusum in brodio cicerum cuꝫ piperis virtute in quo modicum vinum de granatis poneret aut succus berberis vel agresta. Sumat pro potu aquā or. aut vinum de granatis aut succum de berberis vel agresta. Hic modus dietationis competit vsq̧ ad dies. 7. Et post. 7. dies nutriatur cum carnibus pullorum perdicuꝫ gallinarum iuuenum edorum ⁊ similium coctis cum lactucis cucurbitis ⁊ portulacis ⁊ similibus. Et condiant cum agresta vino de granatis succo berberis ⁊ sumach. Et tunc bibat vinum album limphatum cum aqua simplici frigida aut cum aqua decoctionis berberis vel sumach aut granoꝝ ḡnatoꝝ vł pomoꝝ acetosoꝝ. Posset comedere de istis carnibus ⁊ similibus coctis in vera testula aut pastillo conditis cū agresta aut cuꝫ vino de granatis aut succo berberis vel sumach ⁊ puluere cardamomi vel cinnamomi electi absq̧ nocumento aliquo ⁊ timore. ¶ Et est intelligendum ꝙ bene recte ⁊ conuenientius a sapientibus indicatur ꝙ si virtus in quinta die vel 7ᵃ debilitaretur respectu lōgitudinis egritudinis vt secure cū carnibus ⁊ vino vt dictum est superius continue nutriatur: ⁊ specialiter si priora cibaria recipere non posset propter abominationeꝫ vel fastidium. ¶ Post istas vltimas purgationes sumat de trociscis rosaꝝ vel spodij cum syrupo vio. ⁊ aqua decoctionis radicum in aurora. Et vtatur dyarodon abbatis mixto cum rosata nouella aut cuꝫ dyagalanga ⁊ sucharo ro. veteri. Posset etiam in fine circa. xx. dies sumere de tyriaca cū vino de granatis ⁊ similibus. Et esset valde vtile eo ꝙ confortat nāq̧ ⁊ cōsumit ⁊ finit materiā infirmitatis post purgationes factas. Sꝫ singulis diebus alijs in quibus non sumit tyriacā sumat de dyarodon ⁊ de rosata nouella. Et sequatur vsus syrupi diuretici dicti in quotidiana. ¶ Et scias ꝙ existentes in minori emitriteo patiuntur rigorem tertianum in quibusdam partibus corporis in quibus sita est materia colerica ⁊ tantum somni oppressionem patiuntur propter continuam euaporationem flegmaticam ꝙ non nisi proprio nomine vocentur respondent p qđ talis patiens differt a litargico. ¶ Et nota ꝙ illi a principio vsq̧ ad tertium vel quartum diem patiuntur sepissime frigus quotidiane per totū corpus: a quarto autem die vltra frigus huiusmodi minuitur: ita ꝙ non est ibi nisi quedam frigiditas in extremitatibus manuum ⁊ pedum ⁊ nasi. ¶ Vlterius aduertendum est ꝙ tales patientes frequenter incurrunt fluxum ventris ⁊ hoc in tertia die vel quinta vł sexta vel septima vel nona ⁊ non tamen propter hoc liberatur grauedo capitis ⁊ aliorum membrorum ⁊ oculorum conclusio. ita ꝙ non loquantur nisi grauiter cum loquuntur. ⁊ membra eorum fortiter comprimūtur. ⁊ oculos non aperiunt: sed grauiter dormientes existunt adeo ꝙ frequenter tali egritudini litargia superueniat: ⁊ hoc propter continuam respirationeꝫ materie flegmatice putrescentis intra vasa contente qđ nō accideret si esset putrescens extra. ¶ Quādo ergo talia accidunt ⁊ timetur de litargia futura pro dolore ⁊ grauedine capitis ⁊ cum clausione oculorum fiat lotio frontis ⁊ timporum ⁊ pedum ⁊ tibiarum cum aceto tepido ⁊ sale grosso quo fricentur plante pedum. Et si nimius fuerit stupor fiant lotiones ⁊ sternutatoria ⁊ vnctiones ⁊ emplastra dicta in capitulo de litargia. Et radatur caput ⁊ inungatur cum succo apij ⁊ supponatur catulus per medium scissus vel gallus vel columbus vel pullino pecudis ⁊ similia. Et si lingua fuerit aspera ⁊ nigra fiat vt in causone vel alibi vt dictum est. Et si patitur vigilias immoderate vt cōtingit sepe in medio emitriteo fiant lotiones ⁊ inūctiones cum oleis frigidis ad frontem ⁊ timpora vt dictum est in capitulo de causone. Et domus alteretur cum herbis ⁊ floribus ⁊ similibus alijs odoriferis ⁊ frigidis. ¶ Maior emitriteus curatur vt quartana continua: sed aliquid addendum est pro colera ⁊ talem emitriteum patientes per nos non curabuntur. Verumtamen ne omnino videamur ignorantes potest fieri flobotomia vsq̧ ad quartuꝫ diem in omni die offeratur syrupus aceto. cum aqua decoctionis scolopendrie thimi epithimi cuscute capil. ve. florum boraginis ⁊ bugulose ⁊ radicum feniculi ⁊ quacunq̧ hora voluerint nisi in die flobotomie. aut vtantur syrupo dicto in quartana continua. Et materia digestiua detur aliquod ex solutiuis dictis in quartana continua addendum in eo aliquid quod respiciat coleram. ¶ Et vlterius aduertendum ꝙ auctores in compositione emitriteorum non loquuntur nisi gr̄a exempli vt per illud veniamus in omneꝫ compositionem omnis speciei compositionis. Nam vt dicit Gale. in libro de crisi. qui enim perfecte cognoscit omnes feb. simplices cuꝫ facilitate peruenit in cognitionem compositionis earum. per simplicia nāq̧ cognoscūtur composita. ⁊ febres composite omnes curantur cura simplicium. Quia autē emitriteus est feb. diuersorum generum ideo pp̄ contrarietatem materieꝝ est difficilioris medicationis ⁊ maiorem requirit in medicatione solicitudinem: habita semper consideratione que materia putrescit intra vasa: quoniam maior solicitudo ⁊ medicationis diligentia est ei adhibenda q̄ꝫ māe que extra vasa putrescit. Et hoc cognoscit̄ per typum q̄r mā putrefacta extra vasa facit typū intra nequaq̄ꝫ. ¶ Vlterius notāde sunt due regule. Prima regula est ꝙ quotcūq̧ horas hꝫ hūor putrefact⁹ extra vasa in sūmo labore ⁊ non in summo. tot horas habet idē humor putrefact⁹ itra vasa in summo labore. Alia regula: quotcūq̧ horas hꝫ hūor putrefactus extra vasa in vera quiete: tot horas hꝫ idē hūor putrefact⁹ intra vasa in falsa quiete. Ex his duabus regulis bene itellectis: sequitur primo ꝙ minor emitrite⁹ omni die hꝫ horas. 18. in sūmo labore: ⁊ sex ho

ras in falsa quiete: ⁊ sic natura in emitriteo minori omni die pausat per horas sex. Sequitur ergo secundo quod medius emitriteus .36. in summo labore. scilicet .24. ratione colere intra vasa putrescentis. ⁊ .12. ratione flegmatis putrescentis extra venas. ⁊ sic natura in medio emitriteo in duobus diebus pausat horas .12. ⁊ propter hoc medius emitriteus est difficilior ⁊ perculosior quam minor emitriteus. ¶ Sed contra hoc obijcitur in duobus diebus tantum quiescit natura in falsa quiete in medio emitriteo quantum in minori vt per horas .12. est quies in vtroque igitur medius non est periculosior quam minor. ¶ Solutio in minori pausat natura aliquantulum singulis diebus ⁊ per horas sex: vnde propter talem quitem fit fortior naturam in minori emitriteo. Sed in medio cum labor summus continuetur per diem integram ⁊ dimidiam valde debilitatur natura. Unde licet falsa quies sequatur: quia tamen in tantum labor longus continuatur parum proficit talis quies ad nature confortationem vel saltem minus proficit quam quies que singulis diebus interuenit in minori. ¶ Maior vero emitriteus habet .60. horas in summo labore ⁊ .12. in falsa quiete vt sequitur ex regulis dictis: vnde in talibus diebus non pausat natura nisi per .12. horas. Et ita ista febris est aliarum duarum grauissima ⁊ maxime periculosa ⁊ eius cura difficillima. Nam .34. hore de summo labore ei attribuunt ratione melancolie putrefacte intra vasa. ⁊ .12. ratione colere putrescentis extra vasa. ⁊ .12. ratione perseuerantie caloris intensi. ⁊ .12. ratione vtriusque materie sicce ⁊ principaliter ratione siccitatis ⁊ soliditatis melancolie: sicca enim tarde suscipiunt immutationem ⁊ tarde eam amittunt.

¶ Explicit Practica Joannis de Concoregio cum Summula eiusdem de Febribus.

¶ Venetijs impressa mandato ⁊ expensis nobilis viri domini Luceantonij de Giunta Florentini: Anno domini .1521. die .26. Martij.

Registrum

✠ A B C D E F G H J K L M Omnes sunt quaterni preter M qui est quinternus

,Et ita
ime pe/
e fum/
refacte
vasa, e
ne veri
e soli/
mutra/

egio

Theologia

Summa D. Thome +
Directorius inquisitoris +
Scriptum D. Thome +
Franciscus Caepetrus in secundum +
Benedictus Decennius
Catarinus in secundum in foglio +
Gregorius de Arimine
Ant. Andreas in secundum +
Vigerius +
D. Bonaventura +
Compend. mag. theologie +
Durandus in secundum +
Henricus
Scotus Compend.
Rosellus in secundum +
Orbellus in secundum +
Viguerius +
Questiones disputate s. Thome +
Paulus Cortesius super sententias
Flores theolog. questionum +
Aurea D. Thome
Mag. sententiarum +
Nicolaus Nissi
Capreolus in theologiam
Brulifer in D. Bonaventuram +

Enchiridion scolasticus
Durandus
Loci theologie +

Philosophia

Joannes de Janduno in Phisicam +
Burleus in phisicam +
Egidius in phisicam +
Suessanus in animam +
Apollinaris in animam
Averroes +
Paulus Venetus in phisicam
Christophorus Javellus
Egidius in Generatione +
Joannes de Magistris +
Quest. Jo. Versoris in Phisicam
Quest. Caietani de Thienis in Phisicam +
Caietanus in lib. de Celo +
D. Tho. in metaphisicam +
Ant. Andreas in metaphisicam +
Zabarella in Phisicam +

Logica

Directorius in logicam +
Mauritius in logicam +
Jo. Grammaticus in Post.
Santorus Thomas in Post. +
Balduinus in Post. +
Antonius Andreas in logicam +
Suessanus in Topica +
Apollinaris in Post. +

Ludovicus de Bacca ...
dispuesta

...a ...

...a ...

... Bauaria

... Corona

... Anglica

... Castella

... Concilio

Donatus in ...